BIBLIOTHECA GEOGRAPHORUM ARABICORUM.

PARS QUARTA.

CONTINENS

INDICES, GLOSSARIUM ET ADDENDA ET EMENDANDA AD PART. I–III

AUCTORE

M. J. DE GOEJE.

LUGDUNI BATAVORUM.
APUD E. J. BRILL.
1879.

PRAEFATIO.

Pauca sunt quae ad editionem meam geographorum Istakhrî, Ibn Haukal et Mokaddasî praefanda habeo. Anno 1871 in opere *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft* (t. XXV, 42—58) egi de quaestione uter, Istakhrî an Balkhî, auctor libri al-Masâlik appellari deberet, et ad hanc veni conclusionem: Balkhîum revera commentarium concinnum ad mappas edidisse, quem Istakhrî adeo auxit, ut eodem fere iure nomine auctoris dignus sit, quo Ibn Haukal, qui Istakhrîi librum basin fecerit sui operis. Eo tempore codicem Constantinopolitanum Mokaddasîi nondum consulere potueram, exceptis capitibus de Khûzistâno et de Perside, quae Belin transscripserat in usum Cli. Barbier de Meynard, quaeque hic qua est liberalitate amice mihi commiserat. In introductione autem huius codicis est locus, quem edidi in annotatione ad p. ٥ meae editionis, et quae magni est ponderis ad illam quaestionem illustrandam. Mokaddasî nempe dicit, se diversis locis vidisse tria operis Masâlik exemplaria, quorum unum in titulo adscribebatur Balkhîo auctori, alterum absque titulo erat, sed habebatur pro opere Ibno 'l-Marzobâni al-Karkhî, tertium secundum titulum auctorem habebat Ibrâhîm ibn Mohammed al-Fârisî, i. e. al-Istakhrî. »Atque hoc, ait, verum est, nam plures viri mihi affirmaverunt, se hunc in hoc libro componendo occupatum vidisse, inter eos Abû Hâmid al-Hamdânî et Abû Naçr al-Harbî". Addit mappas huius libri bonas esse, non vero ubique sine mendis, sed descriptionem non easdem laudes mereri, divisionemque provinciarum desiderari. — Mirum est, in altera Mokaddasîi redactione, quam codex Berolinensis exhibet, Balkhîum appellari auctorem libri Masâlik, sine ullo verbo de Istakhrîo, licet quoque in hac redactione in capitibus de Perside, de Kirmâno et de India Ibrâhîm ibn Mohammed al-Fârisî laudatur. Solutio

huius aenigmatis difficillima est, quoniam non liquet utra redactio prior sit. In annotatione ad locum laudatum Mokaddasîi iam observavi, me male conclusisse e loco Mokaddasîi ٤٧٥, 10 Istakhrîum quoque Karkhîum appellatum fuisse.

In confirmationem eorum quae in disquisitione supra laudata de Istakhrîo auctore libri Masâlik dixi, addendum habeo, quod auctor huius operis narrat p. ٣١٨ quae ipse in urbe Samarkand viderat, dum Abû Zaid Balkhî, teste Mokaddasîo, nunquam traiecerit Oxum. Observari quoque meretur, quod notitia ex anno 324, itaque duobus annis post mortem Balkhîi, quam in annot. *c* ad p. ١٣٩ meae editionis edidi, non tantum in epitome Gothana et in optima versione Persica occurrit, sed quoque in alia epitome operis Masâlik nuper reperta, quae ceterum additamentis caret. Hinc verosimile fit hanc notitiam, quamquam in codd. A et B non exstet, ipsius auctoris operis Masâlik esse.

Epitomen hanc in Aegypto tribus abhinc annis emit Cl. A. von Kremer et qua est nobili liberalitate statim mihi misit. Scripta est anno 589 et magni mihi usus esse potuisset in textu constituendo. Iucundissimum nunc saepe praestitit munus confirmandi lectiones quas receperam. Codex, quod deplorandum, multa damna passus est, quoniam mappae coloratae pleraeque paginis oppositis agglutinatae fuerunt et deinde vi solutae sunt, quo factum est ut et mappa et pagina opposita partim pessum datae sint. Porro compluria folia deperdita sunt. Universe bene est exaratus, sed puncta diacritica saepe desiderantur, praesertim in nominibus propriis. Ipse textus non malus est, sed non a vitiis mendisque vacuus. Ex mea aestimatione epitomator tertiam circiter partem totius operis omisit. Redactio codicis quo usus est, plerumque consentit cum ea quam in epitome Gothana et in excerptis Jacûti cognovimus. In Addendis et Emendandis varias lectiones maximi ponderis cum lectore communicavi, quibus addidi ea quae e versionibus Persicis quas demum post textum editum consulere potui, notatu digna visa sunt. Si haec adminicula prius habuissem, fortasse hic illic lectiones epitomes Gothanae, quam C appellavi, et epitomes nuper repertae nunc Leidensis, quam L nuncupavi, praetulissem lectionibus quas ex codice Bononiensi (A) et codice Berolinensi (B) recepi. Non tamen necesse habui, omnes eas varias lectiones codicis L notare quae ad sensum nihil faciunt, praesertim si iam ex uno pluribusve codicibus eas in annotatione memoraveram. Versio Persica quam compendio O designavi est codex East India Office 1026, e quo Ouseley fecit suam versionem Anglicam sub titulo »The Oriental Geography of Ebn Haukal". Compendio F significavi codicem Bodleïanum 373 Ous.

Ut de Istakhrîo, sic quoque de Ibn Haukale nihil reperire potui, nisi quas ipse notitias descriptioni interspersit. Nam Abû Ahmed Ibn Haukal, qui memoratur ab Ibno 'l-Athîr, VIII, ٤٩٩, a nostro cuius konja Abu 'l-Kâsim erat, diversus esse videtur. Itinerarium suum quod se ad calcem libri daturum esse

in introductione (p. ٩, 1) promittit, ad nos non pervenit. Sed cum lectore communicat se anno 331 iuvenili adhuc aetate Bagdâdum reliquisse motus desiderio terras populosque cognoscendi et simul mercatu quaestum faciendi. Ad finem prioris partis sui libri, p. ٢٣٥ seq., dicit se in itineribus semper secum habuisse opera Djaihânîi, Ibn Khordâdbehi et Kodâmae ibn Dja'far. Ad Kodâmae librum praesertim multas fecerat annotationes, mappas quoque nonnullas delineaverat, quum Abû Ishâk al-Fârisîo i. e. al-Istakhrîo incidit. Hic non tantum quae Ibn Haukal fecerat approbavit, sed etiam ei emendandas mandavit quas ipse confecerat mappas, quarumque imprimis mappae Indiae, Aegypti et Maghribi revisione indigebant. Ibn Haukal mandatum suscepit et operis Istakhrîi huius sub nomine novam curavit editionem. Deinde vero consilium cepit ut totum se dederet huic operi, mappas emendaret et textum corrigeret aut suppleret, ubi necesse videretur. Concursus ille cum Istakhrîo probabiliter circa annum 340 obtinuit. Ibn Haukal itinera continuavit nec ante initium anni 367 suo libro conscribendo vacavit (p. ٢٠, 15). Revera hic liber nititur opere Istakhrîi quod plerumque verbotenus recepit, passim paucis adiectis aut relictis. Nonnullis capitibus fere prorsus nova substituit, ut descriptiones Aegypti, Africae, Hispaniae et Mesopotamiae. Duos tantum codices ad meam editionem parandam habui, Leidensem ex archetypo satis bono descriptum, sed a librario adeo imperito, ut non viderit ordinem foliorum turbatum fuisse. Quo ordine codex legendus sit, iam Uylenbroeck in Dissertatione de Ibn Haukale, uno loco excepto, bene praescripsit. Passim corruptus et lacunosus est. Alterum Oxoniensem qui cum Leidensi quoque in vitiis plerumque consentit, sed multo peiore versatur conditione, quum multa folia mutila sint et magna pars libri desideretur. Eo maioris momenti mihi fuit epitome Ibn Haukalis sexto saeculo facta a viro docto qui de suo passim nonnulla adiecit. Hoc compendio usi sunt Makrîzî et Makkarî ubi Ibn Haukal laudant. Bibliotheca Parisiensis bonum eius possidet codicem. Mirum est quod hic orditur dedicatione operis principi Saifoddaulae ibn Hamdân, qui anno 356 obiit, licet dubium non sit, compendium hocce e libro nunc edito anno 367 conscripto esse concinnatum. Unicam quam video solutionem huius rei est admittere nostrum librum fuisse alteram editionem, priorem ab auctore qui Mosulensis itaque civis principatus Hamdânidarum fuit Saifoddaulae dedicatam fuisse, hanc autem dedicationem in nonnullis exemplaribus alterae editionis conservatam mansisse, licet in ea Hamdânidae vehementer perstringantur. Quamvis multam operam huic textui restituendo navaverim, restant tamen loci quos corruptos esse existimo, verum emendare nequeo. Additamenta ex epitome in prima capita in Addendis et Emendandis inveniet lector, cetera in annotatione ad textum recepi. In mea Istakhrîi editione descriptio Transoxaniae abbreviata legitur quam codices A et B continent. Textum fere integrum Istakhrîi Ibn Haukal in suum opus recepit, quapropter varias

lectiones aliorum codicum Istakhrîi ad illius textum dedi, tum in annotatione, tum in Add. et Emend.

Mokaddasî i. e. Hierosolymitanus, quemadmodum de urbe natali appellari solet, itinera exorsus est iuvenili aetate. Anno 356, quum viginti annos natus erat, iam Meccam visitavit (p. ١٠١, 5) Non vero ante exactum annum quadragesimum aetatis, anno 375, opus edidit, ut ipse in introductione narrat (p. ٨ seq.). Utraque vero quae ad nos pervenit redactio eius libri paullo recentior est. Nam anno 377 quum Meccae esset, auctor ab Hispano relationem accepit de regionibus Hispaniae (p. ٢٢٣ *i* et ٢٣٥, 16). Principem regnantem familiae Bowaih dicit esse Abu 'l-Fawâris Scharafoddaula (p. ١٣٣, 2 et ٤٥٠ *b*), qui biennio amplius regnavit, annis 376—379. Jacût, I, ٩٥٣, 10, pro certo affirmat Mokaddasîum opus conscripsisse anno 378. Falsam inde quidem facit conclusionem (vid. ad M ٢٣٠ *e*), sed res ipsa vera esse videtur. Ad eundem etenim annum nos quoque ducit notitia p. ١٨٩, 2, quae probabiliter scripta est postquam Bakdjûr, dux Hamdânidarum, depositus fuit a khalifa Fatimida al-Azîz (Ibno 'l-Athîr, IX, ١٣ et ٤٠). Sed quod mirum est, de utraque redactione hac in re idem valet. Praeproperum itaque tuli iudicium, quum in annotatione ad p. ٥ et ١٤ *e* scripserim codice Constantinopolitano (C) priorem, codice Berolinensi (B) posteriorem editionem contineri. Certam discrepantiam, ut supra dixi, in chronologia nullam inveni. Revera quaestio anceps est, et in utramque partem disputari potest, sive C ex B esse abbreviatam, sive B esse alteram auctam editionem C. Utrum ponatur, manent quaestiones quas dirimere nequeo. Quomodo e. g. casu priore explicari potest, kâdhîum Abu 'l-Hasan Alî ibno 'l-Hasan quem C plus semel nominat et cui tum in introductione (p. ٩٩), tum in carmine ad calcem libri opus suum disertis verbis dedicat, in B bis tantum memorari (p. ٨, 8 et ٣٩٩, 21) sub titulo *al-kâdhî al-mokhtâr* (egregius iudex), nusquam nominari, neque de dedicatione verbum existere, nisi quod dicit auctor se librum suum eius iudicio submisisse? Fere inclinaremur ad statuendum, kâdhîum illum diem iam obiisse quum B edita fuit, aut auctori tunc temporis parvi interfuisse, eum primo collocare loco. Cum his copulandum est, quod loco p. ٩, 2 coll. ann. *c*, ubi C principem Samanidam memorat, in cuius dominio kâdhî ille degebat (cf. p. ٢٩١ *e*), B eius loco habet khalifam Fatimidam al-Azîz billâh. Quum eo tempore imperium Fatimidarum crescendo, Samanidarum diminuendo esset, probabilius est B recentiorem esse, quoniam substitutio Samanidae pro Fatimida non ita facile explicari potest. Eandem forte ob causam locus de origine Fatimidarum, quem C habet p. ٢٤٤ *b*, in B omissus est, dum haec contra p. ٢١٢, 8 seqq. Fatimidas laudibus ornat. Taceo de multis rebus maximi momenti quas B continet et quarum omissio in C admodum mira est, si haec est posterior editio. Contra in C passim verba melius ordinata sunt aut locus omnibus numeris perfectior est, ut in ultimo utriusque partis capite.

Haec quoque editio res notabiles continet quas B non habet. Ut hoc tantum dicam, vix intelligi potest, cur auctor bonum suum iudicium de vero auctore libri Masâlik, quod in C cum lectore communicat, in B reticuerit.

Vitam Mokaddasii apud biographos quos consulere potui frustra quaesivi. Ipse de familia nonnulla refert. Avus paternus Abû Bekr al-Bannâ celeber fuerat architectus, qui in Palaestina multa opera publica exaedificavit (p. ۴۹, 22, ۱۹۳, 2 seqq.). Nobilissimum eius opus, portus urbis Acca, quem iussu Ibn Tûlûni fecit, a nepote in libro describitur. De patre suo Ahmed nihil tradit, sed memorat patruum Abû Alî al-Hasan, a quo de avo nonnullo acceperat (p. ۴۹, 19). Nomen familiae paternae probabiliter erat al-Basschârî. Familia matris oriunda erat ex urbe Biâr, quae in provincia Djordjân, non procul a confinio Khorâsâni iacet. Avus paternus Abu 't-Tayib as-Schawâ inde migraverat Hierosolymas (p. ۳٥۷, 7 seqq.). Erat vir opulentus, architecturae amantissimus (p. ۳۹۷), unde verosimiliter notitia eius cum avo paterno nostri explicanda est. P. ۱۸۸, 4 seqq. auctor historiolam narrat quam ab avunculo Abdollah ibno 's-Schawâ acceperat. Ipse quoque Mokaddasî architecturae non imperitus fuit, ut multi eius operis loci testantur. Bona educatione fruitus erat et non solum in variis disciplinis, praesertim theologo-iuridicis edoctus erat, sed mercatura et operis fabrilibus (p. ۱۰۰, 6 et 10) victum quaeritare poterat. Librum eius opera decessorum, quamvis meritoria, valore longe superare, notum iam est. Non tamen hoc excusat immodicam sui aestimationem quam auctor iterum atque iterum prodit. Facile quoque carere possemus una et altera docta dissertatione, quibus libenter indulget auctor et quibus ipse sibi impense placet, nec sine assensione legimus quae lector scripsit in margine codicis Berolinensis (vid. p. ۳۸۸ *e*), talia futilia esse nec aliae rei inservire quam paginae implendae, quando auctor nihil ad argumentum pertinens habeat. Sermo Mokaddasii plurimas offert difficultates, imprimis quia verbis non raro utitur in certa regione valentibus, alibi ignotis. Consilium nimirum eius erat, ut ipse exponit p. ۳۲, in descriptione singularum regionum sermonem incolarum imitari, in introductione autem uti sermone suae patriae i. e. Syriae. Quantum potui, difficultates illas in glossario illustrare conatus sum. More solito non tantum omnia recepi quae in lexicis Freytagii et Lanei desiderantur aut explicatione indigent, sed quoque locos nonnullos difficiliores tractavi et composui in usum lectoris locos ubi de certo producto aut de sectariis sermo fit. Quum glossarium conscriberem, sexta ferme pars Supplementi Dozyani typis expressa fuit; summa benevolentia vir amicissimus mihi permisit reliquam partem e suo manuscripto conferre. Sic dum lectorem ad Supplementum relegare potuerim, non pauca tanquam superflua omittere licuit. Vix addere necesse est, praestantissimum illud opus mihi saepe insigni usui fuisse. In praefatiuncula ad textum Mokaddasii a lectoribus petivi, ut mecum communicare vellent, si quae ad il-

lustrandum emendandumve textum observanda invenirent. Satisfecerunt invitationi imprimis V. V. Cl. Cl. amicissimi von Kremer, Nöldeke, Thorbecke, Rosen, quibus quae debeo in Glossario et Add. et Emend. videre licet.

Indices ut quam utilissimos redderem, quoque recepi nomina in annotatione obvia, formas nominum rariores cet. Falsas si quando in textu inveni lectiones in indices non recepi, et lectorem rogatum velim ut nusquam negligat conferre Add. et Emend. Usus sum compendiis I pro Istakhrî, H pro Ibn Haukal, M pro Mokaddasî.

Bibliothecam geographicam hoc tomo claudere nequaquam consilium est meum. Sed utile visum est, iam nunc edere indices cet. ad haec tria opera. Ut primum alteram seriem inchoabo, cuius fortasse primum opus erit compendium Ibno 'l-Fakîhi, cuius editionem parat amicissimus Loth. Momenti huius rei gratia rogo omnes qui libros geographicos noverunt, quorum editio optabilis est, ut me consilio suo et imprimis manuscriptis apographisque adiuvent.

L. B. mense Iulio 1879. M. J. DE GOEJE.

INDEX GEOGRAPHICUS.

INDEX HISTORICUS.

GLOSSARIUM.

آرْنَجْ. ثياب آرنج, M ٣٢٥, *b*, sive simpliciter آرنج, Thaâlibî, *Latâif*, ١٣٩, 7, appellantur panni certi in Khowârizm fabricati colorati. Nomen enim a Persico آرنك *color* habere videntur.

آفْرُوشَةٌ, placentae genus celeberrimum, e farina, butyro et melle paratum in provincia Djordjân, M ٣٥٩, 14, ٣٧٠, 2 seqq. Vid. porro Vullers, Lagarde, *Ges. Abh.*, 211 et Levi, *Neuhebr. u. Chald. Wörterb.* sub אברושך et ברושא.

آكران s. اكران, M ٣٥٨, 3, est epitheton aquae pessimae. Videtur esse vocabulum Persicum compositum ex آك s. اك *noxa* et ران a verbo راندن, *proferre.* Libenter legerem كران (گران) *gravis* (= ثقيل), sed lectio cum ا est in utroque Codice.

آئِينٌ, vocabulum Persicum, occurrit apud H ٧٨, 10 significatione *lex.* Male ibi edidi بابانين et correxi بافانين. Khafâdjî ١٨ vertit recte per عادة. M saepe eo utitur sensu *splendor*, *decus*, de urbe, ut opponatur obscuritati (خمول) pagi, ٧١, 3, ١٧٩, 17, ٣٥٧, 10, ٤٠٢, 18, ٤٣٢, 3, de incolis ٢٨٥, 1, ٢٩٤, 18, ٣٠٤, 13, ٣٩٠, 16, de moribus ٣١٥, 2 رسوم آئين, cf. ٤٩٤, 4 واحسنها رسمًا وآئينًا.

ابر. المأبورى, species dactylorum in provincia Basra, M ١٣٠ *p*.

الأبْراهِيمىّ appellatur M ١٣٠ *p* species dactylorum in provincia Basra. Codex ibi habet الابرهيم, sed emendationem probant tum lexica Arabica (تمر اسود, Freytag sub برة male »fructus niger"), tum locus in opusculo حكاية ابى القاسم البغدادى, Cod. Mus. Britt. Add. 19,913, f. 41 r., quem locum ut alios ex eodem libro debeo amicissimo V. Rosen. Enumerat auctor fructus qui in mensa Ispohanensium frustra quaeruntur, et post

alia haec dicit: ولا بسر ماء سكر ينفثّ فى الفم كانه الفانيذ لخزايني بسرة منه خير من نخلة وشمراخ خير من قراح ولا السكر ولا الجيسوان (Cod. s. p.) ولا الطبرزد ولا الازاد والقرش (والقرشة .s) والخاستوى والمشمس والعبدسى والحركان والعروسى والهلنات (sic) والحمران والهيرون والباذنجان والماديان ولا المشان والصعترى والمعقلى والبسر مطبوخ (المطبوخ .l) ولا التمر المصنّع الابرهيمى والصرفان والبرنى ولا الملغف ولا الصبحانى والعمرى ولا البدالى والقرشى ولا البرنا (sic) والازاد العلك اللزج الذى كانه القند او شهد مقمع بالعقيق انما ارى ساف امرود وبهمرود ونارمرود (Cod. s. p.) وسلم رود قد اوجعنى والله البرود مما اكل البهمرود (sic).

ابروط M ١٨٨, 7 videtur ortum ex אברוטי ἁβρότης, *venustas*. Sophocles in Lexico habet ἁβροδίαιτα »luxurious living". De *abrotono*, Arab. قيصوم, cogitari nequit, tum quia nusquam hoc modo decurtatum occurrit nomen, tum quia haec planta nequaquam rara aut pretiosa est.

ابض. الاباضيّة, sectarii in Africa interdum potentissimi, H ٤٨, 11, ٦٨, 2 seqq., ٦٩, 2, M ٣٧, 8.

ابن. In Djânât, loco provinciae Istakhr, vestimenta bombycina tenuia pulchra fabricabantur, quorum nomen الابانى sine punctis diacriticis scribitur in Codd. Istakhrîi, p. ١٥٥ ult. Fortasse pronuntiandum est الأبانى de oppido Abân in Rûdhân. In hac enim regione bellae vestes conficiebantur, teste M ٤٤٣, 7. Sed probare nequeo locum ad hanc regionem pertinere. Neque orthographia nominis certa est. Cod. L locum appellat خانات et vestimenta الخانات.

ابو قَلَمون secundum M ٢٤٠, 16 est nomen conchylii, proferentis lanam maritimam (صوف البحر) quae dicitur. Vid. Dozy, *Supplément aux Dictionnaires Arabes*, in v.

ابى V c. عن r., ut syn. امتنع, *noluit*, M ٧٥, 6.

اتى I *fecit*, opp. وذر *reliquit*, H ٥٧, 10, Ibno 'l-Athîr, I, ١٣٣, 4 a f.; — significatione *evasit*, quam e Zam. dedit Lane, H ٢٩٣ ult., ubi I جرى. Vid. Gloss. Edrîsî; — أُتِىَ sensu obscoeno H ١٠٣, 10. Vid. Dozy; — اتى على ذكره, *commemoravit*. I ١٢, 14; H ١٦ ult.

اثر. أَثَر, *patrimonium*, H ٥, 14 لاستيفاء الرزق والاثر »lucri et patrimonii tuendi causa". Cf. Dozy. — آثارات, pl. pl. ab أَثَر, s. أَثارات, pl. ab أَثارة, *monumenta*, M ٨٢, 11, ١٣٠, 4, ٢٥٤, 7. — أَثير, panis quali in Tabaristân utuntur, M ٣٥٩, 11, ٣٦١, 6. Est Graecum ἀϑάρα s. ἀϑήρα, Syr. ܐܬܝܪܐ, vid. Payne Smith.

اثم. أَثام trop. *vinum*, M ٤١٠, 5, ut إثْم, quod hoc sensu habet Lane et cuius duo exempla dat Ibn Dihja in *Tanbîh al-baçâir* Cod. 581 (1) in v. Hinc أَثيم est *ebrius*, Agh. X, ١١٩, 12 يميد كما ماد الاثيم من السكر.

اجص. اجّاص s. انْجاص v. Dozy. Commemorantur ab M duae species nobiles prunorum العجري v, 3 et ٤٤٣, 8 et الكافوري ١٨١, 8. Illa crescit in Schirâz, haec in Palaestina. كافوري quoque est epitheton mali Armeniaci, *Alif Laila*, III, ٢٥٤, 6 a f. والمشمش لوزي وكافوري.

اجن. مأجن, *cisterna*, pl. مَواجن, H ٢٥, 14, ٤٤, 7, ٤٥, 14, ٤٧, 19 cet., et مواجين, M ٢٢٥, 7—12, ubi Cod. B مواجير, quae lectio, nisi de Kairawân sermo esset, recipienda videri posset, tanquam pl. a ماجور, vid. Dozy, coll. Samhûdî, *Hist. Medinae*, ١٧٢, 3 a f. مواجير للماء. Forma ماجن pro ماجل quoque in Arabia non incognita est, nam de piscina una e portis Meccanis appellatur باب الماجن, *Chron. Mekk.*, II, ١١٩ ult. seqq., ١٣٠, 6 a f. seq. Magnus ماجل Kairawâni potius piscina, quam cisterna appellandus est, vid. Jacût, IV, ٣٧٩, 11 seqq. et Bekrî, ٢٦.

اختمى vid. sub ختم.

اخذ I, *occupavit*, I ١١٣, 7 de territorio tribus, quod trium provinciarum partem occupat. — Verba اذا اخذوا, M ١٧٣, 2, significant »si accipere velint", fere pro اذا احبّوا اخذه.

ادب. متودّب, *discipulus*, M ٤٣, 16. Lectio non certa est.

اذى. أَذاية, pl. اذايات, *noxa*, *insalubritas*, M ٢٠٢, 3, Ibn Batûta, IV, 329. Vid. porro Dozy.

ارب II, *obliquum cursum habuit*, I ٤٨ ult., Dozy. Exemplum hocce addendum habeo. Cod. Leid. 92 (Catal. III, p. 291), f. 25 v.: واذا اردت

ان تَضْرِبَ عنقَ رَجُلٍ فاقمه بين يدَيْكَ مَكْتُوفًا وأَحْنِ ظَهْرَهُ شيئًا واجْعَلْ وجْهَه الى الارض واضرِبْ على النُّقْرَة مع مفْصَلِ القحْفِ واجْذِبِ السيفَ مُوَرِّبًا اليك مَعَ الضَرْبَة.

ارْبِيَان, qui inter pisces Tigridis enumeratur M ١٣. *p*, est *cancer* s. *locusta marina*. Vid. Dozy. In mensa divitum non apparet. Vid. locum Mowasschae in Gloss. Moslim sub ملح et *Mafâtîh al-Olûm* f. 51 v. الحلزون والاربيان والصدف من حيوان البحر ياكلها الملّاحون والغوّاصون.

ارز. أَرُزَّة, n. un. ab أَرُزّ, *granum oryzae*, M ٤١v, 13.

أَرْزَن M ٤٤٣, 14 non videtur esse Persicum vocabulum pro Arab. دخنة *milium*, sed Persicum ارزن, species amygdali montani, cuius lignum pretiosissimum est. Noti sunt (الارزنية) العصىّ الارزن, baculi ex eo ligno parati, المَقارِعُ الأَرْزَنِيّات in versu apud Arîb, Ms. Gotha, f. 91 r. Vid. Kazwînî, II, ١٤. in fine, Jacût, II, ٥٧٦, 8 seqq. Hinc دشت الارزن habet nomen.

ارف. أَرِيفٌ, *accurate terminatus*, epitheton praedii, M ٤٣٢ *o*, ubi corr. اريفة pro اريقة.

ارمن. الأَرْمَنىّ s. الأَرْمِينىّ, *pannus Armeniacus* s. *in Armenia textus*, I ٩٤, 5, ١٥٣, 3 a f., ١٨٨, 5, H ٧٩, 1, ١٧٦, 12, ٢١٤, 7, ٢٤٤ ult., ٢٤٩, 14, Jacût, I, ٢٧٢, 18, Aghânî, V, ١٧٣, 12 a f. بيت منجّد بالارمنى ارضه وحيطانه, Mowasschâ Ms. f. 122 v. المطارف المنقوشة الارمنية, Girgas et Rosen, Chrestom., ٤٨, 3 ubi l. وفرش.

أَزَاد s. أَزَاذ, species dactylorum nobilis, M ١٢٨, 16, ١٣. *p*, ٤٧., 12. Vid. Gloss. Fragm. et Dozy.

الازجرىّ, nomen melopeponis, qui in vicinia urbis Marâgha crescit, H ٢٣٩, 1.

ازر VIII, *femoralia* (مئزر, سراويل) *induit*, M ١.., 1, coll. ١٨٣, 16. — إِزَار, *antepagmentum parietum*, M ٣.٢ *d*, et hinc verbum denom. أَزَّرَ M ٣٥٧, 15. Vid. Dozy. — مِئْزَر eodem sensu quo سراويل, *femoralia* (Dozy: *caleçon*),

cum plur. ميازر pro مآزر (ut ابيار Jacût, IV, ٩٩٥, 10 pro آبار), I ٩١, 13, ١٧٧, 6, ٢١٢ *i*, M ١٨١, 3, ٣٢٨ *e*, ٤١٩, 5, ٤٢٩, 10, ٤٤٠, 18, Jacût, IV, ٩٤, 11 et ٧٧٩, 11, Kazwînî, II, ٢٣٧, 9, ٢٧٠, 12 a f. Huic vestimento oppositum إزار est indumentum superne, I ٩١, 13, ١٧٧, 6, M ١٠٠, 1.

اسْبَرَك e Persico اسپرك »herba flava tingendo inserviens", M ٣٢٤, 11.

اسبول, nomen speciei piscis in Tigride, M ١٣٠ *p*.

اسْبيددال, *salix alba*, M ٣٧١, 14. Est Pers. اسپيدار, nam saepius دال pro دار *arbor* ponitur.

اسْبيدرُوى (s. اسبيدروى), *stannum*, M ٣٢٤, 21. ٣٩٩, 2.

أُسْتاذ, *magister operum*, opp. روزكارى, *operarius*. M ١٢١, 9, ٤٤٠, 9; — *magister*, titulus eunuchi, ut quoque معلّم *doctor* et شيخ, M ٣١, 7; Khafâdjî, ١٣: والعامة تقوله بمعنى الخصى لانه يؤدّب الصغار غالبًا. Eodem modo, ut mihi scribit amicissimus Nöldeke, a Syris euphemistice ܡܗܝܡܢܐ *fidus* appellatur et ܢܘܗܐ נִוְּהָה, qui interiorem partem domus (اندرون) curat. Hoc autem nomen propter euphemismum deformatum est e נִוְּזָא quod proprie eunuchum significat.

اسكندروس, M ٩٧, 12, videtur esse forma prava pro سندروس, *sandarax*, orta ex assimilatione populari cum nomine الاسكندروس.

الاسماعيليّة, nomen sectae notae, M ٢٣٨, 8. — الدراهم الاسماعيلية, nomen monetae Transoxaniae, I ٣٢٣, 4, H ٣٧٤, 1.

أُشْتُرْغاز planta cuius radicem condunt et inter delicias habent (cf. Vullers). Optima species provenit e provincia Merw, I ٢٦٣, 2, H ٣١٩, 5, M ٣٢٩, 1. Kazwînî, II, ٣٥٠, 18 describit *oschtorghâz* in Khowârizm crescentem tanquam plantam spinosam, longis spinis praeditam (طويل الابر), in qua cadit (i. e. e qua exsudat) manna (الترنجبين). Quae de more incolarum narrat, semen melopeponis in ipso huius plantae abscissae radice inseri, confirmat Polak, *Persien*, II, p. 146, qui hanc Astragalum tragakantham appellat et p. 285 docet optimam speciem mannae provenire ex astragalis in vicinia Ispahani.

أُشْمُونى appellatur panni species de nomine urbis Aegyptiaci al-Osch-

mûnain, ubi primum fabricabatur (I ٥٣, 8, H ١٠٥, 1, Edrîsî ٤٥, 13), deinde quoque alibi, ut Bokhârae, M ٣٢٤, 17.

اصطاك vid. sub صطك.

أَصْل saepius, ut iam observavit Dozy (q. v.), designat ipsam plantam, ipsam arborem, I ١٣٠, 3 اصول تين, Persice درختان انجير (H ٢٠٠ *f*), I ٢٠٠ *l*, ubi Cod. L اصل كرم يحمل, eodemque sensu dimin. اصيلات نخيل I ٢٣٣, 9 (A et L اصلات), ubi H ٢٩٣, 6 tantum habet نخيلات. Vid. quoque M ٤٩٤ *i*; — *opus*, *liber*, M ٣٢, 10, ٢٤١, 9, ٢٨٠ *a*, ٤٧٥, 6; — *urbs primaria*, M ٢٩٨, 7 وهى (جوزجانان) اليوم احد الاصول.

أَطْرَابُلُسِىّ, epitheton corii optimae qualitatis, M ٤٤٣, 9.

إِقْلِيم, *regio*, I ٣, 11 seqq., H ٧, 8 seq., M ٩, 6 seqq., Jacût, I, ٣٦, 20 seqq.; — *provincia*, I ٤, 5, ٣٦ paen., H ٩, 13, ٥١, 18; — dialecto vulgari Syriae et Mesopotamiae (بلغة الجرامقة), ut quoque Hispanorum, *ager* urbis, syn. رستاق, M ٢٣٥, 10, Jacût I, ٣٦, 9 seq. In Hispania quoque e$_0$ designant *pagum magnum cum territorio* قرية كبيرة جامعة, Jacût, I, ٣٦, 23, ٣٥٥, 21. Hamza apud Jacût, I, ٢٧, 2 docet: »quando Hispanus dicit: ego ex hoc illove climate sum, vult certum oppidum pagumve". Cf. quoque Dozy.

اكر. إِكَارَة, abstr. pro concr., *arva*, H ٨١, 3.

اكل. Observa phrasin M ٣١١, 4 لستُ ممّن ياكل بعلمه رغيفه, quae vertenda videtur: »non sum ex iis qui scientiâ suâ panem suum comedunt, i. e. vivunt, quaestum faciunt", ut dicitur متى تاكل خبزك بلحوم الناس (Thaâlibî in Chrestom. ad Roordae Gramm. 2dae ed., p. ٢٣, 2). — أَكْلَة, *malleus*, M ٣١, 9, ubi edidi آكلة secundum lexica Arabica. At docuit me Nöldeke vocabulum Aramaïcum אִכְלָא pronuntiandum esse, teste dialecto Mandaïca (e. g. *Sidra Rabba*, I, 33, 5). Idem in dubium vocat explicationem lexicographorum Arabicorum per »baculum ferratum" (العصا المحدّدة *Mohît*).

الف II, *apte cecidit lapides, ut arcte coniungi possent unus cum altero*, M ١٥٧, 9, ١٦٥, 11, ١٦٨, 7, ٤٢٥, 6, ٤٤٠, 4. — أَلِيف videtur significare

bene dispositus apud M ٣١١ *a* الدولة الاليفة, ubi in textu الدولة الشريفة, ٣٦٠, 4 العساكر الاليفة, ٤٣٢, 11 المنازل الاليفة, ubi Cod. C الشريفة.

ام. أُمَّهات المدن, *urbes primariae, metropoles*, M ٤, 12, Jacût, III, ٨٣٦, 3 et eodem sensu الامّهات M ٣٠٦, 11, امّهات القرى, *pagi praecipui*, Jacût, III, ٨٢٧, 4, امّهات الكور, *provinciae maximi momenti*, M ٢٩٨, 7, امّهات الانهار *flumina maxima*, M ٤٤٦, 4, امّهات المفاصل, *praecipui artus*, M ٤١ *q*, امّهات المصاحف, *codices summae auctoritatis*, Nöldeke, *Gesch. des Qorâns*, p. 310, امّهات الطيب, *aromata exquisitissima*, Thaâlibî, *Latâif*, ١٢٤, 3 a f. Vid. quoque Dozy. Apud philosophos الامّهات significat *elementa* e. g. Birûnî, ed. Sachau, ١٤ ult. — امام. Codex Othmâni Medinensis appellabatur الامام, M ١٤٣ *e*, Baidhâwî, I, ٩, 4 cet., Khafâdjî ٣٣, Nöldeke l. l. p. 235. — أُمَّة, *certus numerus* = عِدَّة, M ٤٨٩, 6 امّة رهائن. Numerus autem horum obsidum erat octoginta, vid. ٤٨٧ *m*.

امن. أَمَانَة, *mutua fides*, H ٢٠, 5: decimarum exactio in portu Adeni non secundum pactum conventum, sive conductionem fit, sed mutua fide. — المؤمنون, *orthodoxi*, M ٣٧, 17. — المؤمنيّة, nomen sectae, M ٣٨, 2.

أَنْبَج, fructus Indicus *mango*, I ١٧٣, 11 seq., ١٧٦, 12, H ٢٢٨, 13, M ٤٨٢, 7. Vid. TA sub نبج. Ortum est nomen e Persico أَنْبَه (male Freytag انب) et ab auctoribus serioris aevi عنبا s. عنبه appellatur, e. g. Ibn Batûta II, 185, III, 125 seq., IV, 6, 229, Ibn Baithâr et Antâkî in v. v. Quum hic fructus melle conditus plerumque in Irâkum adveheretur, nomen الأَنْبَجَات de fructibus melle conditis varii generis adhibitum est, ut de malis citreis, myrobalanis cet. (*Mafâtîh al-Olûm* f. 53 v.; cf. Khâfâdjî, ٣٦). Hoc sensu sumendum est I ١٥٣, 6, ubi male secundum Freytag edidi الانبحات, et Thaâlibî, *Latâif*, ١١٠, 3. In versione Persica loci Ist. redditur per انكبين, cf. Vullers sub انكبينه.

انث. ماء أُنْثَى M ١٢٤, 1, opp. ماء ذَكَر ib. ١٢٤, 9. Constructio est secundum analogiam رجل خنثى. H ١٠٦, 16 seq. eodem sensu habet ماء انيث.

أَنْطُونِيَة, *sipho*, ei similis qui in Irâko مُزَمَّلَة appellatur, quique Dainawari orificio fontis imponitur, aquae ducendae causa, M ٣٩٤, 4. Nomen, ut Chald. אַנְטַל s. אַנְטִילָא, oriundum est e Graeco ἄντλιον.

انف. أَنِيف, *altus*, de aedificio, M ٣١٠, 14, ٣٦٠, 2, ٤٣٢, 8. Lectio انيقة »amoenus", quam in unoquoque horum locorum unus Codex habet, propter homoioteleuton ferri nequit. Sin minus saltem ٣١٠, 14 et ٣٦٠, 2 praeferenda videri posset, coll. ٨٤, 2.

أَنْفَاق. زيت الانفاق, *oleum omphacinum* (Berggren in Append.), M ١٨١, 3. Ibn Djazla sub زيت habet هو الزيت المعتصر من الزيتون الاخضر, Ibn Baithâr in v. v. هو الزيت المعتصر من الزيتون الفجّ الذى لم يكمل نضاجه. Vid. porro Dozy.

الانْقلاء s. الأنْقَلَى, species dactylorum, a Djauharîo et in *Kâmûso* (sub نقل) memorata, crescit ad meridiem maris mortui apud Zo'ar, I ٦٤, 15, H ١٢٤, 6, M ٤٧٠, 12. De origine nominis coniecturam proposuit Movers, *Phoenicier*, III, 1, p. 234.

الاخليّة vocabantur Schâfi'itae in urbe Sarakhs, M ٣٣٦, 11 (Cod. C habet الاعكية).

اوب. رِيحُ الآيِب, *ventus vespertinus*, M ١٠٢, 3 (ubi male edidi الآبت, quod non potest probari quia TA sub ابت de die habet: اشتدّ حرّه وغمّه وسكنت ريحه فهو آبت). Dicitur آبت الشمس et hinc ريح مؤوّبة qui vesperâ flat تأتى عند الليل. Secundum alios, qui flat per totum diem تهبّ النهار كلّه (TA).

أُوقِيَّة vid. sub وقى.

اول. آلات, *disciplinae* (Dozy), M ٤٦٦, 7, ubi dicitur urbs esse قليلة العلم والآلات. — آلات (آلة) الصيادلة sunt *merces pharmacopolae*, M ٩٧, 10, ٣٩٧, 17, ٤٥٢, 4 et 8.

دُهْنُ بَاذْرَنْك s. دُهْنُ بَاذْرَنْك, *oleum citri*, M ٤٤٣, 2.

بَاذْكَذا, pl. باذكذارات, *narrator rerum gestarum*, I ١١٨, 3, H ١٨٩, 1 et

Jacût, III, ٧٢٥, 7, ubi pro والبازكارات (var. l. والتذكارات et والباذكارات) leg. والباذكذارات.

البَاذَنْجانيّ, species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣. *p.* In loco Abu 'l-Kâsimi (v. supra sub الابراهيمى) appellatur الباذنجان.

بَاذْهَنْج, pl. باذهنجات, *ventilator*, M ٢.٥, 14. Vid. Dozy. Adde Samhûdî, ١٩٩, 3 a f. باذهنج للضوء والهواء. Hodie بادگير appellatur, vid. Polak, *Persien*, I, p. 63, ubi describitur. Khafâdjî, ٤٧ معرب بادخون او بادكير.

بارزة apud M ١٢٨, 10 videtur esse pro بيرزة ut بارزد pro بيرزد (Ibn Djazla in v. et sub قنة) et significare *galbanum*, Arab. قِنَّة. Provenit e Perside, itaque iure locum obtinet inter merces Basrenses. In tabula mercatoria hodierna haec legi: »*Bereize*, Baredché ou Barzed. Gomme Galbanum. Il provient de la plante Ferula Galbaniflua qui croît sur les montagnes de la Perse". Quae confirmantur a Polak, *Persien*, II, p. 281.

بازار, *forum*, in textu Arabico I ٧٩ *k*, Jacût I, ١٨٨, 5, ٤٩٨, 14 (سوق وبازار), ٧٧٩, 11, III, ٧١., 5, ٩.٣, 10 (سوق وقيسارية وبازار), IV, ٤١٨, 8, Ibn Djobair, ٢٤٣.

بازهر apud M ٤٢., 10 ipsum hircum montanum (تيس) designat e cuius ventriculo colligitur lapis Bezoar, lapis hirci (حَجَرُ التَّيْس). Cf. Vullers sub پازهر.

بأس. De significatione verborum لا بَأْسَ به egit Dozy. Exemplis adde H ٩٣, 9 et 15, ١٥١ annot., l. ult., M ١٢٨, 10, ٤٩٣, 16, Jacût, III, ٩٨, 12. Specialiter de traditionario adhibetur Jacût, II, ١٤٢, 19, ١٥., 1, ٩١٥, 13, III, ٤٢٩, 8.

باناط. Bis occurrit vocabulum: M ١٣٨, 13 de cathedrali in urbe Mosul: كله ازاجات من حجارة باناط et ٣١., 15 de urbe Merw: الجامعان باناط لا خشب ولا سقيفة. Lectio uno tantum Codice C nititur, nam prior locus in B desideratur, in altero B habet ساباط. De origine nominis nihil, de significatione tantum coniecturam habeo. Nempe videtur eo designari genus marmoris mollis, quod in vicinia Mosulensi reperitur. Ibi sunt, ait Southgate, *Narrative*, II, p. 237 »extensive quarries of marble, of so soft a quality, that it can be cut and hewn like wood. It is brought

to the city and used very extensively in building for door-posts, window-sills, arches and pavements, while the layer of rough stone which lies above it in the quarry, furnishes abundant materials for the walls". Locus ٣١., 15 itaque vertendus videtur »cathedrales e lapide *bânât* aedificatae sunt; lignum in constructione non adhibitum est (cf. Polak, *Persien*, II, p. 56, l. 7 seqq.), porticis carent". Haec scripseram quum amicissimus Dozy mihi comparandam proposuit vocem بلنط, quam ipse in Gloss. secundum Abu 'l-Walîd pronuntiandam jussit بَلَنْط (non بَلَنَّط ut Freytag e *Kâmûso* habet), recte ut metrum docet in versu Amri ibn Kolthûm, *Moall.* 18. Secundum al-Laith in TA est lapis marmori similis, الا انه دونه فى البشاشة واللين والرخاوة, quae verba videntur significare, hunc lapidem esse molliorem itaque inferiorem marmore. Haec descriptio in lapidem Mosulanum cadit, sed difficilius est, etiam si pro باناط legimus بلناط, conciliare pronuntiationem huius et vocis بلنط.

بأو. بَأْوٌ, *superbia*, *insolentia*, H ٢.٧, 1 et in versu Hâtimi:

فما زادنا بأْوًا على ذى قرابة غنانا ولا أزرى باحسابنا الفقرُ

Lane omisit ut quoque auctor *Mohîti.*

بت. بَتُوتَةً, *seorsum*, M ١٨٥ *g*.

بجاذى s. بجادى s. بزادى, lapis pretiosus, hyacintho similis, I ٢٧٩ ult., H ٣٢٧, 8, Thaâlibî, *Lataîf*, ١١٩ et ١٢١, Jacût, I, ٥٣٩, 2, Kazwînî, II, ٣٣٤, 2 (ubi l. البزادى), Mas'ûdî, I, 242, l. 3 (ubi pro البرازى l. البزادى). Cf. *Journ. asiat.*, 1868, I, p. 120, 122 et Dozy, *Lettre*, p. 12. Vid. porro Dozy sub بزد.

بجر. بُجْر I ١١٧, 1, H ١٨٨, 7, pl. ab أَبْجَر, *funis.* Codd. Ist. C, L et Jacût, II, ٧١١ habent المحامل *corbes.*

بَجَاوِىٌّ, *dromedarius*, M ٧٥, 5. Nomen habet hoc genus a Bedja populo, qui eximios camelos educat, I ٥٤, 17 Add. ومنه تجلب النجب التى يقال لها البجاوية لا يكون فى النجب اسير منها, Jacût, I, ٤٩٥, 8 seq., Mas'ûdî, I, 334, l. 1, III, 5.

بجح II, *gaudere*, M ٢١٨ *h*. Vid. Dozy.

بجر V, de fluvio 1) sensu quem Lane habet *largum fieri*, M ٢٢, 9,

۴١١, 20; 2) *lacum stagnumve formavit*, M ٢٢, 16 et *q*, ١٦٢, 1, ١٨۴, 16 et 17, ۴١١, 14, ۴۴۴, 12. M ١٦٨, 2 verba وفى المسجد عشرون جبًّا متبحّرة significare videntur, hasce cisternas cohaerere et stagnum subterraneum formare. Cf. Baedeker, *Palaestina und Syrien*, p. 182 in fine; 3) de terra *aquâ tecta fuit ut maris similis fieret*, M ٢٠٩, 19. Eodem sensu adhibetur استبحر e. g. Jacût, IV, ٥٥٢, 15 sec. corr. (vid. V, p. 437) et Makrîzî I, ٩٠, 14 a f. Vid. porro Dozy. — بَحْرِىٌّ. الحجارة البحريّة, *lapides idonei constructionibus maritimis*, scil. lapis calcaris *kaddhân* (v. Gloss. Edrîsî), M ١٩٧, 4. Eodem sensu Makrîzî, I, ١١۴, 6 loquitur de الجبس البحرى »gypsum maritimum". — بَحَائِر, pl. a بُحَيْرَة, *horti olitorii*, H ٨٩, 1. Vid. Dozy.

بخر, بُخَارِىٌّ. الثياب البخاريّة, vestes qui Bokhârae conficiuntur et inde nomen habent, H ٣٦۴, 2, coll. M ٣٢۴, 16.

بخس I significat *depretiavit*, vid. Dozy. Hinc M ٣٩٢ *a* يبخسون الاكسية الرفيعة »vestes pretiosas quotidie induunt, tanquam si parvi valoris essent". — أَبْخَس, compar. a باخس, *fraudulentior* in mercatura, M ٣۴, 8. — مَبَاخِس, agri non arte, sed sola pluvia rigati, I ٩٢, 13, ٩٥, 4, ٧٣, 3 cet., H ٣٢٠, 17 et saepe, M ٢, 7 et saepe. Vide Gloss. Belâdh. sub بعل. Apud eosdem passim quoque بُخُوس et مزارع بخسيّة (e. g. M ٢٨٣ *a*, ٣٠٨ *q*) appellantur.

بدأ I tanquam verbum auxiliare cum alio verbo coniungitur ope coniunctionis و (non tantum cum ف ut in Grammatica v. c. Wright, II § 140, p. 310, 2^dae^ ed.) e. g. I ١٥٧ paen. et ult., ubi pro نُدّى corrigatur بُدِئ, Abu Ishâk Schirâzî, ٣٠٥, 13, 15 فان بدأتْ وطالبت.

البدالى, genus dactylorum, M ١٣٠ *p*, Abu 'l-Kâsim supra sub الابراهيمى.

بدن. بَدَنٌ, pl. أَبْدَانٌ, *tunica lintea* (vid. Dozy), H ٢۴٢, 7. Eadem significatio esse videtur vocabuli بَدَنَةٌ, de quo in Gloss. Fragm. minus rectam coniecturam protuli, formam esse aliam vocis بدلة (ut بدن pro بدل adhibetur, *Morgenl. Forschungen*, p. 137). Nam بَدَنَة quoque ut بدن

significat *thoracem parvam*, *Hamâsa*, ٩٥, 7, Mas'ûdî, III, 166 paen. Lectio البدنة الاموية constat, nam non tantum in Cod. *Kit. al-Oyun*, in Cod. optimo Ibn Miskowaihi, in uno saltem Cod. Ibno 'l-Athîri, sed quoque in Cod. Constantin. Tabarîi est. Quod nos vetat ut cum Dozy sub بدلة legamus بدنة. Haec scripseram quum tandem inveni locum diu frustra quaesitum. Dicit Makrîzî, I, ١٧٧, 7 a f. وكان يصنع فيها (فى تنيس) للخليفة ثوب يقال له البدنة — لا تحوج الى تفصيل ولا خياطة تبلغ قيمته الف دينار.

بر. بَرٌّ significat *desertum* ut بَرِّيَّة, Jacût I, ٣٧٢, 10, coll. ٣٧٣, 10 et Lane. Hinc H ٢٧٢, 16 habet pl. بُرُور. Lectio est orta e false lecto loco Ist. ٢١٢, 10, sed ipsius Ibn Haukalis est, teste additamento وبحل الارض.

بربر. بَرْبِير, *papyrus*, H ٨٩ (= بَرْدِيّ). Docet hic maiorem partem conficiendis rudentibus adhiberi, particulam conficiendis chartis in usum principis. Eo enim tempore in Occidente praecipue pergameno utebantur, M ٢٣٩, 5. Cf. Dozy sub بربر. Antâkî sub بردى habet بابير. — عيد بَرْبارة, *festum S. Barbarae* in Syria, M ١٨٢, 17 seq. et ann. *o*.

بربق I occurrit M ٨٤, 16, ١٤١, 9, ٤١٣, 13. Non sine longa dubitatione lectionem Codicum receperam et adscripseram significationem verosimiliter esse *gypsavit*, nam aliunde mihi hoc verbum plane ignotum erat. Communicavit mecum amicissimus Thorbecke verbum occurrere in Scharbînîi opere c. t. هزّ القحوف, ٣١, 26, sed nulla ibi significationis indicatio additur. Nunc vero de origine verbi habeo coniecturam probabilem, de significatione certum testimonium. Nempe repetitio primae radicalis post secundam, loco reduplicationis mediae radicalis multis verbis quadrilitteris originem dedit in verbis mediae geminatae, sed quoque in aliis. Sic, ut mihi scribit Dmus Hartmann, hodie in Syria dicunt فرفك pro فرّك (*zwischen den Fingern zerreiben*). Eodem modo بربق videtur esse pro برّق sensu quem lexica habent »ornavit domum suam". — De significatione mihi scribit amicissimus Von Kremer: »das Wort بَرْبَق bedeutet die flache Terrasse eines Hauses oder die Seiten desselben mit einer Steinmasse bestreichen, um sie gegen den Regen zu sichern. Es ist noch hier (in Aegypten) im Gebrauche. Man nennt diese Steinmasse, eine Art

Cement, in Beirût حَجَرِيَّة". De hac calce arenata v. locum *Mohîti* apud Dozy.

بَرْبَهَار, *merces Indicae pretiosae*, H ۲۰۷, 5, ۲۵۲, 11, M ۴۴۲, 4, 7, ۴۹۳, 9, ۴۹۹ *e*, ۴۷۰ *i*, *Lobbo 'l-Lobâb*, ۳۳ هو ما يجلب من الهند s. accuratius in Supplem. p. 27 الادوية التى تجلب من الهند. Mercator qui hasce vendebat بَرْبَهَارِىّ vocabatur et hoc nomine inclaruit theologus al-Hosain ibno 'l-Kâsim ibn Obaidollah, de quo secta orthodoxorum fanatica البربهاريّة appellabatur, M ۱۳۹, 14, Ibno 'l-Athîr, VIII, ۱۲, 7 seqq., ۲۰۴, 3, ۲۳۰, 5.

برج. بارجه vid. sub بيرجه.

برد II. Dicit M ۹۸, 4 فبرّد اللّه عزّ اسمه ذلك على قلبى بموت شريك »Deus O. M. desiderium hocce morte socii refrigescere fecit". Cf. apud Dozy برّد همّته. — بَرْد, *frigus*, sensu figurato de indole hominum, M ۲۷۹, 7, ۲۷۸, 10, ۲۹۴, 18, ۳۰۵, 16. — بَرِيد in Asia Minore unius parasangae erat, H ۱۳۰, 2, itaque dimidium *barîdi* Orientalis. — اصحابُ البُرُد, I ۱۵۵, 3, H ۲۱۴, 17, ۳۰۹, 10, M ۳۱۴, 2, est plur. a صاحب البريد, ut دور السكك a دار السكة (Gloss. Edrîsî), ليالى الجُمَع a ليلة الجمعة (v. infra sub جمع), بيوت اموال a بيت مال (v. infra sub بيت) cet. Quod apud H ۳۰۹, 14 legitur اصحاب اخبار وبرود (a sing. صاحب خبر وبريد ۳۰۷, 12) est forma vulgaris pro بُرُد; alia ex. in Gloss. Fragm. sub فصل et Gloss. Moslim sub طرق. Plur. الطروق quoque Kazwînî, II, ۳۲۵, 13 a f.

برز II, *in campum egredi* expeditionis causa, I ۲۲۵, 1 (cf. H ۲۸۵, 2). Vid. Dozy.

برسوح, nomen piscis in Tigride, M ۱۳۰ *p*. Fort. leg. برشتوك = بَرْشْتُوج (nomen piscis marini, *Kâmûs*).

برص. بَارِصٌ, *paucus*, *rarus* de qualibet re, H ۲۹۸ *i*. Lane totum radicem omisit. Obiter moneo verbum تبرّص eodem sensu occurrere quo ابترص »*pauca emanavit* aqua", e. g. Jacût, I, ۱۴۸, 11 (ubi l. يَتَبَرَّضُ), ۴۰۹, 12, TA in v.: البرضة ايضا ما تبرضت من الماء القليل.

برعانى, nomen navigii, M ۳۲, 2, ubi Cod. B برعانى *sic*. Utrum recte sic ediderim, affirmare non ausim, nam originem vocis frustra quaesivi.

برك. بَرْكَةٌ, *barca*, M ٣٢, 1, Vocabulista sub *barca*. In Codd. C, L et F Istakhrîi ad ١٣٩*d*, legimus anno 324 mercatores in urbe Omâni incendio amisisse inter alia 400 barcas. Additur in Cod. C والبركة خمسون وقرا, Cod. F docet hac voce intelligi naviculam (وبركه كشتى كوجك است), quod confirmat L dicens والبركة زورق معروف عندهم بسع كل بركة خمسين وقرا. — بَرَّاك, piscium genus rostro praeditum (له مناقير) secundum *Kâmûs*, degit in Tigride, M ١٣٠. *p*. Fortasse non differt ab eo بَرَق a Dozy memoratum. — بُرَاكِيَّة, nomen navigii, quod iam Djauharî habet, M ٣١, 15. — بَرَّكَان, pl. بَرَّكانات, iam decimo saeculo pannum bonae qualitatis designabat. Optimus fabricabatur in urbe at-Tîb in Khûzistân, H ١٧٩, 16, in Tabaristân, H ٢٧٢, 10 et 11, et in vicinia Schirâzi, M ٤٣١, 4 et *e*, ٤٤٢, 13, ٤٤٣, 8.

برم. بُرْمَة est nomen navigii, M ٣٢, 2. Lectio confirmatur loco Abu 'l-Kâsimi ibi laudato in ann. *a* (vid. infra sub خيط). — بَرَام. Optime Dozy: »Au lieu de *pierre* de Barâm, حجر البرام chez Bait. I, 289 f, on a dit برام tout court, dans le sens de *terre ollaire*'', nisi quod pronuntiare debuisset *birâm*. Est enim proprie pluralis vocis بُرْمَة et significat *ollas*. Deinde significare coepit materiem, lapidem e quo ollae fabricabantur. Motarrizî sub مر habet: وعن الشافعى رحمه فى حَصَى الرمى ومن حيث اخذ اجزأه اذا وقع عليه اسم الحجر مَرْمَرٍ او برام او كَذَّان او فِهر — والبرام بالكسر جمع برمة وهى فى الاصل القدور من الحجارة الا انه اراد هنا الحجارة انفسها. Similiter Abu Ishâk as-Schirâzî, *Tanbîh*, ١٥٥, 13 (ed. Juynboll), memorans res quas qui primus occupat, possidet, enumerat picem, naphtam, mumiam, hyacinthum, beryllum, *birâm*, sal, stibium, gypsum, lutum. Hinc dicitur معدن البِرَام, Jacût, IV, ٣٩, 14, ubi false البُرام, ut quoque IV, ٨٢٥, 1, Makrîzî, I, ٢٨, 15 a f., القدور البِرَام s. قدور البرام, H ٣١٣, 7, coll. ann. *t* (in locis parallelis I ٢٥٨, 1, M ٣١٩, 9, ٣٢٤, 3 tantum البرام est), طنجير برام Nowairî, Ms. 273, p. 809 cet. Vid. porro Dozy. Antâkî habet tantum برام حجر معروف وهو من الرخام. Addendum ab altera parte

vocem برمة quoque de vaso metalleo adhiberi e. g. al-Kabbâb, Ms. 138, f. 102 v. بُرمة من نحاس. Recte igitur Beaussier: »grande marmite en terre ou métal".

بَرْنِيّ, species dactylorum in provincia Basrensi, M ١٣. *p*, Abu 'l-Kâsim l. l. supra sub ابرهيمى. Vid. Lane.

بُرْنَاج appellatur species dactylorum in provincia Basrensi, M ١٣. *p*, ubi sic emendandum pro البرناح; nomen enim originem habere videtur e Persico برنا (برناه, برناك) »bonus, pulcher", ut برنى e برنيك »bonus fructus".

برنس. Berberi nomades appellabantur اصحاب البَرَانس, H ٧٢, 6, quia vestimento *bornos* plerumque utebantur, Ibn Khaldûn, *Hist. des Berb.*, I, ١٠٦, 7 a f.

برى III, sensu malo M ٤١١, 1 مباراة وتعصّب »obtrectatio et partium studium".

بُزْپُوسْت, *pellis caprina*, inter merces e Khowârizm et Tirâz allatas enumeratur M ٣٢٥, 1 et 16. In vicinia maris Caspici iam antiquitus pro vestimentis in usu erant, vid. Dorn, *Caspia*, p. 19, ann. 5. Nomen formatum est e vocibus Persicis بُز »caper" et پُوسْت »pellis".

بزر. البزْر, inter merces Schâschi et urbium Darâbdjird et Fordj in Perside enumeratus M ٣٢٥, 12, ٤٤٢, 9 et 10, est *semen lini* s. fortasse *oleum lini*. Vid. Lane et Dozy. In loco M ٤٣٢, 11, ubi de urbe Djûr dicitur بزورها بالخافقين معروفة, intelligi videntur variae species olei aromatici et aquae odoratae, quae inde exportantur. Cf. I ١٥٣, 2 seqq. — بُزْر دُود القز »ova bombycis" (vid. Lane) optima e provincia Djordjân advehebantur, I ٢١٣, 2 seqq., ٢٦٣, 4, H ٢٧٣, 4 seqq.

بُسْتَان. Saepius بستان et روضة iuxta memorantur e. g. H ٢٧٤, 4. Discrimen est quod hoc praesertim hortum olitorium, illud potius arboretum significat, spec. palmarum. Imo pro ipsa palma adhibetur in versu al-'Aschae apud Djawâlîkî, ٢٢ paen.

بسط I, sensu quem exemplis illustravit Dozy »*étendre par dessus*, *couvrir*", M ٤٣٨, 8; — *iubere*, *praescribere*, M ٢٤٠, 9 بَسَطَ صبّها »iubet

pondera de novo fundere"; — بَسَطَ يَدَهُ, absolute *severus fuit*, H ٩٩, 16. In loco Makkarîi I, 859, 4, quem citat Dozy, البسط quoque *severitas* significare videtur. — بَسْطَةٌ. Lane iam recepit وبسطة, قامة (M ١٧٠, 3) idem esse quod باسطة قامة, *longitudo staturae hominis et cubitus*. Idem videtur significare solum بسطة I ٥٧, 5, ubi respondet quinque cubitis Ibn Haukalis ١١٢, 5. Sine causa Arnold, *Chrestom.*, Praef. XVI, proposuit in loco I legere باسطة. — مَبْسُوطٌ, *planus*, I ٣٥, 15, ٥٤, 15, H ٤٠ ult., ١٠٧, 10 أرض مبسوطة لا جبل فيها.

بشر III, eodem sensu quo VI, *se invicem congratulari* ut fit in festo novi anni, *neurûz*, M ١٠٠, 13. Sive, subintellecto العيد, significat *festum agere.*

بشكر, species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p*. Nomen videtur habere de loco Babyloniae Baschkar, quem memorat Levi, *Neuhebr. und Chald. Wörterb.*, in v. בִּשְׁכַּר.

بصّ I (et II), *fulsit*, de castello albo, I ١٢٩, 12, ٢٩٤ ult., H ١٩٧, 9, ٣٤٧, 6. Eodem sensu تبصيص adhibetur I ٢٩٥, 1, nisi ibi cum A et B restituendum sit ببصيص.

بضع. بِضَاعَةٌ significat *id quod quis in qualibet re valet*, sic de arte poëtae apud Scharîschî, ed. Bul., I, ٥٣, 2, Jacût, II, ٣٠٧, 16, de scientia docti apud Dozy, de deliciis pueri formosi apud Scharîschî, I, ١٩٧, 6 adhibetur, et absolute dicitur قوِىّ البضاعة, *fortis*, *alacer*, H ٥ ult., opp. قليل البضاعة (Bocthor apud Dozy).

بطل I, de nummo, *pretio caruit*, M ٩٩, 11 et 12. — IV, de principe, *usum monetae abolevit*, M ٢٠٤, 10. — بَطَّالٌ, *abolitus*, *ex usu sublatus*, de mensura, M ٢٠٤, 12. Cf. Dozy.

بطن. بَطْنٌ, *partus*, H ١٠٦, 15, Mas'ûdî, II, 53 paen., Ibno 'l-Athîr, I, ٣١, 2, et hinc *generatio*, Ibno 'l-Athîr, X, ٣٨٣, 7 رأت البطنَ الرابعَ من اولادها, Abu Ishâk Schirâzî, ١٦٥, 2. Ut حَمْلٌ de fructibus simul decerptis adhibetur, M ٢٠٤ *c* يثمر الشجر سبع بطون. Dozy: *cueillette*. — بِطَانَةٌ,

pl. بطائن, *corium ovinum* (basane) M ٢٠٣, 8, vid. Dozy; — pannus subtilissimus, qui in urbe Zarand in Kirmân fabricabatur, I ١٦٨, 1, (ubi vers. Pers. جامها بطانه), H ٢٢٤, 8. Vid. Dozy. — بَوَاطِن apud H ٢٢٧, 4 significare debet *locos in terra interiore sitos*, nisi legendum sit cum P مواطن, coll. ٢٣١, 15. — الباطنيّة, nomen sectae notissimae, M ٣٧, 7, 10, ٣٩, 6, ٢٣٨, 9. — مُبَطَّنَة, *amiculum duplicatum*, I ١٣٨, 10 (ubi Cod. F vertit جامها بطانه داده), H ٢٠٥, 21, Aghânî, V, ١٠٩, 9 a f., Dozy.

بعثر I, *male fuit animo*, M ٧, 14. Habent lexica Arabica; sed Freytag explicationem verbi per غَثَيَان النفس et (sub بغثر) خُبْث النفس non intellexit et male reddidit per »turbatio animae" et »turpitudo s. pravitas animae".

بعد V, *longe distitit*, c. عن, H ٤, 10. — بَعِيد. Fluvius et puteus dicuntur esse بعيد الْمُسْتَقَى, *ex quo haurire difficile est*, itaque *profundus* M ١٣٨, 8, opp. قريب المستقى q. v. Dicitur quoque eodem sensu بئر بعيدة الرشاء et بعيدة القعر, s. brevius بئر بعيدة, M ٢٥٣, 17, Belâdhorî, ٢٧٤, 8, Jacût, I, ١٣٦, 7, ٤١٩, 6, ٤٢٢ ult., II, ٢٩٤, 5. Cf. Dozy. Tanquam epitheton visus بعيد est *acutus*, *longe prospiciens*, M ٣٥٩, 10 نظر بعيد بحسن ابصار, quibus verbis ٣٧١, 11 respondent حدّة الابصار وحسنها. — Constr. c. الى, I ١٨, 3, H ٢٦, 2 الحديبية ابعد لحلّ الى البيت.

بعل. الزرع على البَعْل M ١٦٤, 13, ١٩٧, 6, ٤٧٤, 6. Iure Dozy explicationem meam loci Mawerdîi in Gloss. Belâdh. correxit.

بغدد. البَغْدَادِيّ, pannus pretiosus qui in urbe Bagdad conficiebatur, I ٩٣. Vid. Dozy, *Gloss. Esp. Arab.*, p. 234.

بغنس II, *imperiti instar egit*, M ٤٤٠, 14. Bocthor habet بغنوس *novice*, *peu exercé*, *peu habile* et بغنسة *lourdise* (vid. Dozy).

بَغْوِيّ est nomen denarii, valore decem drachmarum et dimidiae, M ٩٩, 9. Probabiliter nomen habet a viro البغوى dicto, non ab ipsa urbe Baghschûr.

بقّ. بُقّة s. بَقّة M ٣١ *k* reieci, sed potest esse contractio vocis بُقْعة s. بَقْعة, ut Chald. בקתא (vid. Levi) et fortasse n. loci بقة (apud Jacût), secundum analogiam contractionis قَلّة ex قَلْعة (Dimaschkî ed. Mehren, ٢١٠, 4). Conferri quoque potest دمّة ex دِمْنة, Zamakhscharî, *Fâik*, I, p. 369 paen. قَلَبَ نونَ الدمنة لوقوعها بعد الميم ميمًا ثم أَدْغَمَ الاولى فى الثانية وذلك لتقاربهما واتفاقهما فى الغُنّة والهَوِىّ. Porro حُزّة ex حُجْزَة Jacût, II, ٢٠٤, 20.

بقع. بَقِيع. Legimus H ٢٧٢, 16 بطن طبرستان صقيع بقيع, quae adiectiva vertenda videntur *planus*, *depressus*.

بقل. بَقّال, *eduliorum venditor* (Freytag, Lane, Dozy), M ٣١, 1, ٤٩٢, 1, Aghânî IX, ٣٩ ult. seq., Kazwînî, II, ٣٠٨, 5.

بَقَّم, arbor notus in insula الرمى (Sumatra) crescens, describitur M ١٤, 4.

سوسنجرد, سوسن جرد, سوزن جرد et سوزن كرد appellatur pannus pretiosissimus, qui fabricabatur in urbe Korkûb e serico, in urbe Fasâ e lano, ut quoque in urbibus Darâbdjird, Tawwadj et Târim, et qui potissimum tapetibus conficiendis adhibebatur. Derivatur nomen a Persico سوزن »acus", ut recte iam observaverunt Ouseley, *Ebn Haukal*, p. 132 »embroidery performed with a needle", p. 133 »needle-work", et v. Kremer, *Culturgeschichte*, II, 297. Cf. apud Vullers زوزنى. Memoratur I ٩٣, 3, ١٥٣, 10, 14 seq., 20 seq., H ١٧٥, 14, ٢١٤, 1, 7 seqq., M ٤٤٢, 9, Mowasschâ f. 167 r. قل ورايتُ مرّةً اخرى (nempe جارية) عليها درّاعة ملحم بنزانين ابريسم ولِبْنَة سُوسَنْجَرد وفى دور اللبنة مكتوب الخ, Abu 'l-Kâsim l. l. f. 32 r. et v. ولا ارى دوركم مفروشة المجالس بالزلالى المغربيّة والطنافس الخرشنيّة والنخاخ الاندلسية والقرطبيّة والمطارح الارمنيّة والقطف الروميّة والمقاعد التستريّة والانطاع المذهبة المغربية والمخادّ الدَبيقيّة والطراحات القبرسيّة (Cod. العبرسية) والسوسنجرد وبُوقلمون والنمارق التى ترى البيت منها كانه قراح منثور. De derivando nomine a pago Bagdadensi سوسنجرد, ut vult Blau, *Zeitschrift d. D. M. G.*, XXXI, 503, vix cogitare possumus, quoniam nomen panni سوزن جرد scribitur a Mok. et in vers. Pers. ad I ١٥٣ *f* (سوزن كرد), quia Jacût in descriptione huius pagi nihil de ea re dicit et denique nusquam inter Irâci, sed ubivis inter Khûzistâni et Persidis producta numeratur. Aliter suadere videri posset hic locus ex *Kitâbo 'l-Aghânî*, V, ١٠٠, 9 دخلتُ على الفضل بن الربيع وهو على بساط سوسنجردستينى مذهب يلمع عليه مكتوب مما امر بصنعته حماد عجرد فقال لى اتدرى مَن حماد عجرد قلت لا قل حماد عجرد كان والى تلك الناحية افرايت مثله قط قلتُ لا. Sed verba تلك الناحية probabiliter significant »eius regionis, ubi hic pannus fabricatus fuit", et revera Hammâd Adjrad in Khûzistâno et in Perside

degit cum principe cuius familiaris erat, *Agh.*, XIII, ٧٥, 9, ٨١, 14 seq., nec improbabile est eum ibi fabricarum inspectorem fuisse. Quo casu tapete illud de fabrica سوسنجردستين, forte pro سوسنجردستان, appellata nomen habuit.

سُوسَن نَرْجِس v. sub نرجس. — مُسَوْسَن v. sub ماء.

سوغ V, *facilis* s. *possibilis fuit* = I, I ٣١٩, 1, coll. H ٣٦٨, 11.

سوف. مَسَافَة, *iter*, I ١٥, 7, ٢٨, 16. Dozy.

سوق. سُوق in Tokhâristân est nomen urbium, M ٢٩, 4. — سُوقِيَّة, genus navigii, M ٣٢, 1.

سوم. سائمة, pl. سَوَائِم, *multa* ut videtur, H ٢٢, 19.

سوى I, *valuit* absolute, Hiçnî ad Abû Schodjâ', Ms. f. 110 r. بعتك بالسعر الذى يسوى فى السوق, tropice M ١٢٣, 18 لا يسوى ذكرها et exemplum apud Khafâdjî ١٢٣ سماعها (l. يسوى) لا تسوى علة هذه. — VIII, *secundus fuit* ventus, I ٧١, 3. — سِيّ apud M ٤٩٧, 1 habet significationem, quam Lane (1479 III l. 14 seqq. coll. 1480 I) dedit ex TA: *equidistant*, *midway*. — سِوًى s. سَوَاء, *simul* (Dozy), I ٢٧, 18 فيصير الطريقان سوى (ubi B سواء, L سوا), *duae viae in unum coalescunt*; — سَوَاء, *accurate*, *penitus*, *plane* (Dozy) in comparatione مثله سواء, I ١٥٢, 10, H ٢١٣, 4 (male apud Jacût, I, ٧٦٩, 20 سواء), Jacût, I, ٣٦٢, 19, II, ٦٣٠, 7, ٩٧٦, 19 cet.; cum definitione locali تحته سَوَاء et فوقه سواء, I ٢٠٣, 1, H ٣٠, 7, Jacût, II, ٥٩١, 20 cet. — سَوِيّ, *bono statu gaudens*, *bene cultus*, de templo et de foro, M ٤٠٧, 10, ٤٠٩, 8. Utroque loco Cod. perspicue sic, non سرى, habet. Cf apud Lane دار سواء i. e. مستوية المرافق, quod non vertendum per »uniform", sed per »in a right or good state". — Ut مُسْتَو, ita مُسْتَوًى et مُسْتَوَاة significare *planitiem* explicavi in Gloss. Fragm. Loci M sunt ٨٧, 11, ١٥٧, 8, ٢٨٢, 19, ٣٠٢, 6, ٣٠٤, 5, ٣٠٧, 19, ٣١١, 11, ٤٧٩, 16. Apud Jacût, III, ٨٤٢, 8 verba (الجبل) من راسه (التثنيتين) مستواها significant locum ubi desinit acclivitas, terminum clivi in cacumine montis.

سيب. المُسَيَّبِيَّة, dirhemi in Transoxania de nomine viri appellati, I

٣١٤, 15, H ٣٦٣, 16, M ٣٣٩, 12, ٣٤., 1 seqq., Ibn Khordâdbeh, p. 39 et 40, ubi male سيسيّة est editum, quod in versione p. 147 correctum est, sed irrepsit in tabulas Kremeri, *Culturgesch.*, I, 375 seq.

سيح. سَيْحٌ non tantum est epitheton aquae, ut I ١٢٨, 3 (vid. Lane), sed quoque agri *qui aqua fluente rigatur*. Dicitur الشعير السيح et المقاثى السيح, I ١٥٧, 8 seq.

سير III de terra *se extendit iuxta*, *e regione alterius*, H ٤١ ult. — سير. H ٢٤., 5 legimus ترك (الزمان) السير من اخبارهم, quod explicare nequeo. Suspicor autem legendum esse اليسير. — أسْيَرُ, *celerior cursu* de camelo, asino cet., I ٥٤ ult., ٥٥, 5, H ١.٧, 12 et 14. — مَسِيرٌ, *spatium*, *distantia*, I ٢٩ ult.; *ambitus*, Jacût, I, ٢٣, 3. Cf. Dozy.

سيف. مُسَيَّفٌ, *planus et tenuis* de cauda crocodili, H ٩٨, 17. Makrîzî pro eo habet سَخِيفٌ. Dozy.

سيل. سَيْلَانٌ, *mel dactylorum*, qui parabatur Lahsae et Hadjari, I ١٥٤, 9 et quoque Basrae, Ibn Batûta apud Dozy.

سيمكون, *color argenteus*, (voc. Persic.), M ٣٢٥, 8 ثياب سيمكون.

السينيزىّ s., ut I et H habent, الشينيزىّ, *pannus linteus optimae qualitatis*, qui in urbe Sînîz (Schînîz) et in Transoxania fabricabatur, I ٣٤, 6, cf. ١٥٣, 6 seq., H ١٨٥, 6, ٢.٣, 13, M ٣٢٥, 14, cf. ٤٤٢, 5 seq., Mas'ûdî, I, 238; Abu 'l-Kâsim l. l. f. 32 r. memorat شفوفا سينيزيّة كالهواء الرقيق او كالسراب. Species huius panni viridis coloris apud matronas minime in honore fuit, Mowasschâ f. 124 v. والسنبيرىّ (l. والسينيزىّ) الاخضر انما هو من لُبس النساء النبطيّات ولبس الاماء المتفتّيات. Epitheton المتفتيات est *impudicae*, Aghânî, II, ١٧٩, 12 a f., *Morgenl. Forschungen*, 121. Fortasse non multum differt ab الغلاميات (Dozy sub غلم).


شاذُرْوان, *dividiculum* (château d'eau) cf. Dozy. Celeberrimum erat aedificium ad portam Tostari in Khûzistâno, quod inserviebat tum ducendae aquae ad urbem, terris vicinis elevatiorem, tum aquae dividendae. Describitur I ٨٩, 9, ٩٢, 1—3, H ١٧٢, 2, ١٧٤, 14—16, M ٤١١, 14—18.

Jacût, I, ٤١١ ult. seq., ٨٤٨, 10—12 et IV, ١٦, 11 seqq. dividiculum Kâtûli. Abulfeda ٣١٥ vocabulum Persicum vertit per سكر. Recepi vocales lexici Persici, sed probabile est Arabes pronuntiasse شَاذَرْوان. Certo hoc constat de شاذَرْوان الكعبة (vid. *Miçbâh*).

شاهجانى v. sub شهجانى.

شاهْدانق, *semen cannabinum*, M ١٤٥, 11. Dozy شاهدانج, et ut Freytag شَهْدَانج (forma usitatior), vulgo شَهْدَانك, *Morgenl. Forschungen*, 139; quoque شادانق, Nowairî Ms. p. 732.

شبّ. شَبَابٌ, *vis surgens* venti, M ١٢, 9, لا يسلك الّا فى شباب الريح وقوّتها.

شبر. شِبْرٌ. Si comparatur I ٩٤, 17 ويكون اربعة منه شبراً cum H ١٢٤, 8 ويكون فى اربع منه رطل videri posset شبر *pondus* significare. Potius autem statuendum Ibn Haukal correxisse minus accuratam, se iudice, definitionem Istakhrîi. Significat autem ibi *pugillum* (*poignée* Dozy). — شُبْرُ, vocabulum Copticum quod tamen nondum in antiqua lingua repertum esse videtur, *pagus* H ٨٩, 9, ٩١, 10 ubi fortasse l. شبرو ابى مينا (vid. M ٥٤ *l*), ubi = سوق apud Edrîsî, et cf. شُبْرَة, H ١٠٦, 8. Inveni vero in lexico nominum vini auctore Ibn Dihja, Cod. 581 (1) in v. الشَّبْرَوِيَّة sequentia: وشُبْرَى بفتح الشين اسم نبطى (l. قُبطى) معناه فوق النهر واصله فى لغتهم شابيارُو وعُرّب فقيل شبرى وسمّيت شبرى هذه (التى يجتمع بها البطّالون والخلعاء فى اليوم الذى يسمونه يوم عيد الشهيد) بشَبْرَى الخَيْمَة لانه كانت بها خيمة تُمكّس فيها الناس على ايام ملوك مصر فيما تقدم واما شَبْرَى الخَمّارة فكان بها امراة تبيع الخمر. Consului de hac Ibn Dihjae explicatione summum in hac provincia virum Lepsius, qui mihi haec benevole respondet: »... über den Namen Schubra (Schobra) kann ich Ihnen keine bestimmte Auskunft geben. Wenn es ein ägyptisches Wort ist, so ist *yârû* wohl ohne Zweifel mit dem hieroglyphischen , *aur*, koptisch Theban. ⲉⲓⲟⲟⲣ, Memph. ⲓⲟⲣ zusammenzustellen, welches auch in das Hebräische übernommen worden ist. Für den ersten Theil *schub*, *schob* oder *schâb* ist die Erklärung zweifelhafter. Ich wüsste nur etwa vorzuschlagen (ⲡⲓ-) ϣⲱⲓ (ⲡⲓ)

ⲡ-ⲉⲓⲟⲟⲣ Theb., oder Memphitisch ϣⲱⲓ (ⲙ) ⲫ-ⲓⲁⲣⲟ »das Obere des Flusses" (ⲉⲡ-ϣⲱⲓ = sursum). Der Artikel und auch die Genitiv Partikel kann ausfallen; dann bliebe übrig ϣⲱⲓ-ⲫ-ⲓⲁⲣⲟ; ⲫ oder ⲡ = Arab. *b*; für ϣⲱⲓ würde auch ϣⲁ eintreten können, und so käme man endlich dem *scha-b-yârû* in der That sehr nahe, in Form und Bedeutung. Die Regeln der koptischen Vocal-Uebergänge sind leider noch immer nicht hinreichend festgestellt; doch macht man darin neuerdings Fortschritte". — شِبْرِىٌّ, *longitudinem spithamae habens*, H ١٠٤, 16 الحَيّات الشِبْرِيَّة, pro quo I ٥٥, 5 habet فى مقدار الشبر. Mas'ûdî, II, 288 حيّات شبريّة وتدعى هنالك الفِتْرِيَّة. Vocab. فِتْرِىّ quoque Lexico est addendum.

شَبِسْتان, vocab. Pers., *xenodochium* (= Arab. دار قِرى), M ٤٣٠, 5.

شبع. مُشْبَعٌ de colore = مُشْرَب, H ٣٠ *m* اكحل مشرب كالنيل; vid. Gloss. Moslim et Dozy.

شبق. شَبُّوق, nomen navigii, M ٣٢, 2.

شبك II, *decussatim posuit* architecta trabes, H ٣٥٥, 6 وبناؤها خشب مشبّك, pro quo I ٣٠٥, 9 eodem sensu خشب مشتبك, Samhudî ١٥٩ med. الساج المشبّك; Dozy: *croiser*. — *Cancellis munivit*, M ١٧٠, 6 اعمدة الحديد قد شبّكت لئلّا تميلها الرياحُ. Dozy: *treilliser*. — *Praeparavit placentas* زلابية *dictas* pistor *ita ut quasi reticulatae superne essent*, *et interstitia melle implevit*, M ١٨٤, 1. Vocantur hae placentae شبائك, vid. Dozy; cf. *Mohît* مشبّك نوع من الحلاوات. — VIII, *continua fuerunt* aedificia, horti, montes, opp. افترش, افترق (H ٣٨٤, 12), تميّز, vid. Gloss. Fragm.; et de urbe s. de regione *continua habuit* aedificia s. agros, II ١٦٦, 2, M ٢٧٤, 14, ٢٧٩, 14. — خشب مشتبك vid. supra sub II. — شُبّاكٌ, *tubus* aquae ducendae, M ١٥٥, 9, ٢٠٨, 5, ٢٥٢, 19. Proprie sunt *cancelli in tubo* شبّاك فى المنخرق, Mas'ûdî, VI, 431, 5 (ubi l. فى المنخرق), cf. H ١٥٠, 1 seqq., et hinc forte ipse tubus, in loco non omnino perspicuo ib. 3 et 4 تطلّع الى دجلة بالشبّاك. Paullo aliter explicat Dozy. [Scripsi شُبّاك, sed observandum est شبّاك pl. شُبُك quoque sensu *cancelli* in usu fuisse e. g. Agh. XI, ٣٧, 13, coll. 11 et 17].

شبل. شبالاً adv. *secundo flumine* = منحدراً, opp. زقاً, M ٣١, 13, ١٢٤, 7 et Abu 'l-Kâsim l. l. sub زقف. Origo incerta est.

شبه IV *videtur* plerumque impers. يشبه ان يكون, I ٨, 13, ٥٣ paen., ٥٧, 7, ٨٢, 1, ٩٢, 12 (ويشبه فيما اظنّ انه), ٣٠٤, 11, Ibn Djobair ٣٧, 8, pers. ٨٩, 14 nisi ibi quoque leg. يشبه. Interdum fere sensum habet verbi *oportet* ut I ٨, 13, H ١٣, 11. Hinc c. acc. *decet*, Jacût, II, ٣٣٧, 13. — شُبْهَةٌ, pl. شُبَهٌ, *exceptio*, *argumentum contrarii*, *quo invalidum redditur testimonium s. argumentum* (بيّنة) *alterius*, H ٢٨٠, 1 et 4, Bekrî, ١٨٤, 9, ubi minus recte de Slane vertit *le semblant d'une preuve*.

شتم. اشْتِيَامٌ, a Lane ex TA memoratur, sed non recte explicatur, nam رئيس الرُّكّاب est *magister nautarum*. Djawâlîkî, ٨٢, 4 habet رأس الملّاحين. Melius autem videtur definitio apud Payne Smith, 412 صاحب المتاع المحمول فى السفينة, *oneris in nave impositi curator*, Angl. *supercago*. Nam in lingua Aramaïca אֶשְׁתִּימָא est *obsignator*, qui sigillo claudit rem, et derivatur a שתם = סתם (Levi et Buxtorf qui habet אִישְׁתְּיָמָא). Quoque אשתימא s. אסתימא in usu fuisse videtur, nam Djawâlîkî alio loco (*Morgenl. Forschungen*, 154) dicit veram pronuntiationem esse استيام, ibique hic quoque docet vocabulum significare صاحب المتاع. Pluralis أَشَاتِمَةٌ occurrit M ١٠, 17. Forma استيام exstat in narratione Abu 'l-Kâsimi l. l. f. 98 v., ubi de nautarum lingua agit.

شتا. الشَّتَاء, *regio hiemis*, *septentrio*, M ١٠, 7, ١٤, 12, opp. الصيف.

شجر. مُشَجَّرٌ, *arboribus abundans*, M ٤٧١, 10, Jacût, I, ٧٠٨, 19, Dozy: *boisé*. Fortasse quoque alibi apud M sic, et non مُشْجِرٌ est pronuntiandum, sed auctoritas Codicum desideratur.

شحط. شَوْحَطٌ. Lexico addatur pl. شَوَاحِط, H ٢٧٢, 6.

شحن. شِحْنَةٌ, collective *officiales* I ١٤٩, 6 et 9 والفرس هم شحنة دواوين الخلافة.

شدّ. شَدِيد, *difficilis*, syn. صعب. Dicitur de monte هو شديد السلوك,

M ٣٩. *b*; de colle ثنية شاقّة شديدة المرتقى, Jacût, II, ٨١١, 7; compar. Jacût, II, ٩٢٨, 12 الشدُّها (الجبل) وعر, opp. اهونها.

شذا. شَذًا, species navigii, vid. Lane, M ٣٢, 2. Pluralis non tantum est شذاوات, sed etiam شَذَوَات, Mas'ûdî, VIII, 345, Abu 'l-Kâsim l. l. supra sub خيط, Arîb, Ms. Goth. f. 29 v., f. 80 r.

شرب. شَرْبٌ, piscis *salpa* (*saupe*), M ٢٠٨ ult. C habet سَرْب, quae lectio quoque bona est. Vid. de Sacy, *Relation de l'Égypte*, 169. H ١٠٣, 9 (et hinc Edrîsî ١٦٢) eam appellat العَرُوس, quod nomen forte ortum est e *sparus*. — Pannum pretiosum qui شَرْبٌ appellatur, revera, ut Golius observavit, e lino fabricari, patet ex H ١٠٢, 1 واصلها من الكتّان (et hinc Edrîsî ١٥٩) et Makrîzî, I, ١٧٧, 7 a f. Pannus hic est albi coloris, M ٢٠٣, 9, Jacût, II, ٩٠٣, 10 seq., quapropter potissimum virorum vertimentis inservit (Mowasschâ f. 124 r. ان لُبس البياض عندهم من زيّ الرجال) et quidem tunicis et palliis, Mowasschâ f. 121 v., ubi inter vestimenta elegantiorum memorantur ازر القصب والشرب, et Makrîzî, I, ٢٠١, 24, sed imprimis fasciis (Vullers in v.). Hinc شَرْب sensu *fascia* usurpatur, Imrânî, Ms. 595, p. 156 على راسه شرب قصب, quo sensu شَرْبيَّة usitatior est (Dozy) et Persice secundum Vullers شربتى dicitur. — شرابٌ. Apud Edrîsî ١٦٢ verti *vinum*, sed potius ibi, ut apud H ١٠٣, 11 intelligitur *hydromeli*, quod quoque plene شراب العسل vocatur, H ١٠٦, 8 = Edrîsî ١٤٨, de Sacy, *Chrest.* II, 27. Idem potus intelligi videtur Jacût, I, ٨٠٤, 4; cf. Dozy sub عسل. — شرابيَّة, pannus e quo mantilia (مناديل) fabricabantur, qui et ipsa شرابيّات appellantur, M ٤٤٢ ult., H ٢٧٢, 13. Quod edidi apud M الشَّرابيَّة coniectura factum est, collato Portugalensi *enxararia*, quod fortasse (imprimis si Moraes recte pronuntiavit *enxarávia*) potius componendum est cum hoc vocabulo, quam cum شَرْبيَّة, ut proposuit Dozy (*Gloss. Esp. arab.* 260).

شَرْبِين, *cypressus oxycedrus*, M ١٦٥, 11. Vid. Dozy et Fleischer ad

Levi, *Chald. Wörterb.*, II, 580. Alia vocis forma est, ut videtur, شَبِّين (*sappinus*) q. v. apud Dozy.

شرته s. شرتا est *ventus secundus*. Secundum M ٣١, 13 (ubi male edidi شرّة) syn. est vocis طاروس q. v. Occurrit apud Abu 'l-Kâsim l. l. f. 98 v. (Cod. s. p.) مشوا عامّه من معكم فى السفن ما دمتم فى هذا الشرتا تهبّ غفران قبل تتحرّك قبليّه فلا يتهيّا لكم الصعود الى دوالى وتبقون فى البحور الازرق, et in opusculo عجائب الهند Ms. Schefer, p. ٦. ult. واقمنا — (Cod. بالتبر) كنّا بالتّير ننتظر الشرتا, et p. ١٧, 9, ubi tamen textus corruptus est. Fortasse cohaeret cum שַׁרְיָא *auster* et cum Arabico استَشْرَت الريح e. g. Ibn Djobair, ٣٣, 9. Lectio constat, neque igitur licet legere شوتا et componere cum שותא.

شرز. شَوَارِيز, a sing. شِيرَاز, casei species quae inter producta Mesopotamiae memoratur M ١٤٥, 10. Vid. TA et Vullers.

شرط. شُرْطَة. Legimus apud M ٢٨٣, 3 وهم قوم سوء يصلحون للشُّرَط s. secundum C واكثرهم يصلحون للشرط, quod significare videtur: »mali sunt homines, maiorque pars digna est ut a satellitibus prehendantur et in supplicium mittantur". Nam etsi satellitae praetoriani non semper bona fama gaudebant (vid. Zamakhscharî, *Les Colliers d'or*, ed. Barb. de Meynard, p. 92, 3) et posteriore tempore شُرْطِىّ interdum *latronem* significat (vid. Dozy), dubium est an iam Mokaddasîi tempore eo sensu usurparetur, nec mihi quidem videtur versionem »digni ut satellitum (= latronum) cohorti annumerentur" admitti posse. — شُرُوطِىّ, *notarius*, *actorum et contractuum scriptor*, M ١٥٨, 17, idem quod اصحاب الشروط (*Zeitschr. d. d. m. G.* XX, 500) et كُتّاب الشروط (Dozy).

شرع. شِرَاع, pl. شراعات (vid. Dozy et Jacût, IV, ٢٧١, 10), non tantum est *velum navis*, sed quoque velum quod a solis ardore defendit, *aulaeum*, M ٢٠٥, 10.

شرف. شرافيّة, eodem sensu quo شُرْفَة et شُرّافَة, *acrotorion* muri, M ١٥٧, 18. — تَشْرِيف in precibus solemnibus videtur esse idem quod تسليم, *salutatio* qua clauduntur, M ٢٨٢, 10. Cf. in partem Vullers in v. —

مُشْتَرَف, *locus editus unde pulchrum prospectum habes* (*belvédère*), vid. Gloss. Moslim; H ٣٦٥, 14, Dozy. — مُسْتَشْرَف id. ibid. et Aghânî, VI, ٩٧, 5. *Prospectus*, spec. *pulcher prospectus*, I ١٩٨, 7, H ٣٦١, 2, ibid. et Ibn Khordâdbeh, 124, 3 ed. Barb. de Meynard.

شرق. الشرقيّ appellatur species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p*.

شَرَنْدَى, pl. شرنديه et شرنديات, H ١٣٢, 2 et 19, est transscriptio vocis Byzantinae χελάνδιον, pro vulgatiore شلندى M ٣٢, 3 et Dozy. Est species navigii, qua quoque in bello utebantur.

شرى. شراية, *haeresis*, H ٤٧, 8, ٧٢, 8.

شطر. شاطِر. Legimus M ٢١٠, 12 de pyramidis neminem eas conscendere nisi كُلّ شاطر. Videtur significari *agilis*, *pernicitate excellens*, vid. Dozy.

شطا. الشَّطَوِيّ est *bissus* pretiosus qui in urbe Aegyptiaca Schatâ potissimum fabricabatur et hinc nomen accepit; vestes inde confecti الثياب الشطويّة appellantur. Vid. H ١٠٢ *e*, M ١٠٤, 11, ١٠٥ *d*, ٢٠٢, 6, ٢١٣, 5, ٤٣٣, 17, ٤٤٣, 5, Jakûbî, ١٣٩, 10 seq. et Dozy.

شعب V dicitur quoque de flumine minore, quod cadit in flumen maius, quo facto huius quasi fit ramus, M ٢٠, 5 ويتشعّب اليه الخابور et ١٢٧, 13 وتتشعّب اليها انهار. De terra cuius forma irregularis est multis cum incisuris, dicitur متشعّبة ع, M ٩٢, 7. De foris videtur significare ea per urbem dispersa esse, non in unum urbis locum conferta, M ١٢٢, 3. — شُعْبَة, pl. شُعَب, est idem quod شِعْب, *a ravine*, I ٥٩, 12 et 14 (ubi male شَعب) = H ١١٤, 18 شعاب. In vers. Pers. legitur شكافها. Vid. Dozy.

شعث V (ut quoque I apud M ٣٧٧ *k*) de aedificio, de urbe significat, sive propter devastationem sive propter neglectum *ruinosus fuit*, M ١١٨, 15, ٣٧٧, 6, ٣٧٨, 14, ٤٩٢ *c*, Gloss. Belâdhorî, Jacût, II, ٤٨٣, 19 et Dozy, de navigio *eo statu fuit ut reparatione egeret*, I ١٣٨ ult. — شَعِث, *ruinosus*, M ٣٥٧ *r*, ٤٩٢, 2. — شعيثة apud H ٢٨٩ *l* videtur significare *ruinas*.

شعر. الشَّعْرِيّ, ut C et L habent I ١٥٣, 9, 12 seqq. pro الشعر, *pili caprini*, diversi a المرعزى, vid. e. g. M ٤٥٢, 7. — شَعِيرَة, *sexagesima pars drachmae* (Gloss. Belâdhorî, Gloss. Thaâlibî et Dozy), M ١٨٢, 3 seqq. — الأَشْعَرِيَّة memorantur M ٣٧, 9, ١٢٦, 6.

شغل. شُغْل, *fabrica*, I ١٨٦ ann. l. 6 = Jacût, I, ٤٣٨, 15 وقد يقع بها شغل ثياب كتّان. L habet ويرتفع بها ثياب. Vid. Dozy. Hinc *pannus fabricatus* in *Alif Laila*, I, ٥٣٦, 6 Macn. وعليها سجادة من شغل كشمير.

شفّ II, eadem significatione qua I (vid. Dozy), *gloria eminuit*, M ٣٢, 11, ubi restitue والتشفيف.

شفع. الشافعيّة s. ut saepe الشَّفْعَوِيَّة, *Schâfi'itae*, memorantur M ٣٧, 5, ٣٨, 9, ٣٩, 8, ٤٠, 6 et 13, ٤١, 4, ١٢٧, 3, ١٤٢, 11, ١٨٠, 1 seqq., ٢٣٦, ٣٢٣, 9 et 11, ٣٣٦, 9 et 11, ٣٦٥, 8 seq., ٣٩١, 10, ٣٩٥ *e*, ٤١٥ *d*, ٤٤١ *a*, ٤٦٨, 11.

شفل. مِشْفَل, pl. مَشَافِل, *canistrum spec. ad fimum exportandum in agros et vineas* (Buxtorf sub משפל), M ٢٨٨, 3.

شفه. شَفَة. Notanda est phrasis ليس لهم سوى ماء دجلة للشفة, »aquam *ad potandum* non habent nisi aquam Tigridis'', I ٧٣, 8 et Add. ad ٢٠٨, 4 قنىّ كثيرة كبار للشفة.

شقّ I, *derivavit* canalem e fluvio, e fonte (Gloss. Fragm.), I ٨٢, 2, ٨٤, 9, ٩٢, 7, M ٤٥. *b* l. 6 (pass. انشقّ ٢٤٣ *k*, vid. Lane). — *Permeavit* cum في s. cum acc. (Gloss. Fragm., Dozy), I ٩٥, 10, ٢٧٠, 3, ٢٨٠, 5, ٣٠٦, 4. Cum الى *pervenit ad*, *terminavit ad*, H ٥٦, 13, ubi minus recte legi اليها يغزون وينسبون; iungatur اليها cum praeced. et l. يغزّون وينسبون (vid. sub سبا). Supra l. 9 eodem sensu اليه تنتهى legitur. — VIII, *derivavit* = I, I ٧٧ *k*; *permeavit*, I ٧٥ *n*, ٣٠٦ *e*, Gloss. Fragm. et Dozy. — شَقّ collective (aut pl. a شَقَّة Dozy), *striae*, M ٣٣٠, 15, ubi describitur metrum aquae fluvii Marwi, quod est tabula, in qua striae ductae sunt, quarum interstitia unius grani latitudinem habent. — شِقّ. Dicitur في شقّ الشام, من شقّ كرمان, *versus* (*du côté de*), H ١٩٩, 10, M ٦٠, 6 et

7. — شقة, *pannus* (*pièce d'étoffe*), plerumque iungitur cum nomine materiei, ut dicatur شُقَق الصوف, H ٤٤, 16, شُقَق الحرير, Zamakhscharî, *Faïk*, I, 544 شِقاق الكتّان, Lane, et quoque شِقاق المَطارح, *panni e quo tapetes conficiuntur*, M ١٨٠, 16, sed absolute quoque dicitur شُقَّة et designat »*une pièce d'étoffe de lin ou de poil de chèvre, dont on se sert pour faire des tentes*" (Dozy), M ١٠٢, 2, ubi C ثوب. Aliarum quoque rerum شُقَّة est *fixa quantitas* e. g. شقّة رصاص, M ١٦٩, 5, ١٧١ *f.* — شاقّ dicitur de via, de monte, de regione molesta viatori, I ٢٨, 12, H ٣٥, 12, M ٢٤١, 17, Jacût, II, ٨١١, 7 ثنية شاقّة, III, ٤٠٣, 19 عقبة شاقّة, proprie هذه صُعُودٌ التى مسلكها او صعودها شاقّ, Hamdânî Ms. 1070, f. 15 v. مُنْكَرة وشاقّة. Cf. Gloss. Edrîsî. Eodem sensu dicitur مُشِقّ, I ٤٠ *g*, Baidhâwî, II, ٣٦٤, 18, Ibno 's-Schihna, f. 69 r. الفحص المُشِقّ; cf. Khafâdjî ٢٢٣. — مُشْتَقّ apud M ٣٥٣, 13 videtur esse *derivatus a significatione propria*, nam auctor hoc mihi velle videtur, nomen *djibâl* non ad regionem montanam propriam restrictum mansisse, sed provinciam designare, quae quoquo planitiei adiacentis partem continebat.

شقف. شَقَفَة est idem quod شُقَّة, *certa quantitas materiei*, ut dicatur الف شقفة رصاص, M ١٧١, 6. Vid. Dozy. Alia significatio vid. sub رزب.

شك. الشُكّاك, *dubitatores*, convicium heterodoxorum, M ٣٧, 16, ٣٨, 4, 7 et 8.

شلق. شِلْق s. شَلَق (Freytag), nomen piscis in Tigride, M ١٣٠ *p.* In catalogo piscium Babyloniae (*Bombay Government Records*, XLIII, 394) scribitur شلك (shilg). In *Mafâtîh al-Olûm* f. 51 v. inter pisces praecipuos memoratur الشلوق, quae forma singularis esse videtur, quia alia nomina omnia in numero singulari sunt.

شلى. شلاى, nomen piscis in Tigride, M ١٣٠ *p.*

شَلَنْدى, pl. شلنديات, M ٣٢, 3, ١٧٧, 3; vid. supra sub شرندى.

شم. شَمَّامَة. Legimus I ٩٣, 1 seq., H ١٧٥, 13: وبالسوس صنف من الاترجّ شمّامات ذكيّة كالاكفّ باصابعها لم ار مثلها فى بلدان الاترجّ. Intelligitur ma-

lus citreus fragrans, qui الاترجّ السوسيّ appellatur, Abu 'l-Kâsim l. l. f. 41 r. Cf. apud Dozy شمّام الاترجّ.

شمر II de ripis fluvii, *retegi*, M ۱۲۹, 15, ubi B fort. تشمّر, vid. ann. *x*. — V de fluvio, *coarctari*, M ۲۹۱, 12.

شمس. شَمْسِيّة. عسل الشمسيّ من العنب, *mel uvarum sole coctarum*, M ۳۲۴, 10. Vocatur nempe شَمْسِيّ quod solis ardori expositum maturum fit, ut potus ille qui المشمّس (Dozy) s. الشراب المشمّس (Mowasschâ f. 130 v.; Agh. IX, ۹۹, 4 a f. male المشمش) appellatur, quoque الشمسيّ dicitur, Makrîzî, I, ۴۴, 5 a f. seq.

شَمْسار s. potius شَمْشار, *buxus* arbor, H ۲۷۴, 6. Vid. Dozy. Quoque appellatur شمشاد, ib. et Jacût, II, ۱۴۴, 13.

شَمْشَكة, pl. شَمْشَكات, *calceus* (= صندل), M ۳۱, 4, ۱۵۳, 17 (ubi a نعل et خفّ distinguitur), ۴۴۰, 22, ۴۴۳, 8. Vid. Dozy et Vullers sub جمتاك, چمشك.

شمط. شموط, nomen navigii, M ۳۱, 1.

شَنْبَاذَة pro سنباذة, quod Arabice vulgo سنبانج scribitur, M ۴۴۳, 12, cf. ann. *s*.

شَنْكُولِيّة, nomen navigii, derivatum a Persico شنكول *latro*, itaque *navis praedatoria*, M ۳۱, 15.

شَهَجانيّة, pannus pretiosus, qui potissimum fabricabatur Naisâbûri, M ۳۲۳, 19, ۳۲۵, 18, sed nomen habebat a شاهجان nomine Marwi, teste Thaâlibî, quem laudat Dozy sub شاهجانى.

شهد I absol., *pronuntiavit formulam* لا اله الا الله, H ۲۴۴, 10. Dozy. — X, *testem advocavit*, quoque c. ب p., H ۲۲۸, 2. Dozy. — شُهْد الزّبيب, *mel uvarum*, H ۱۵۷, 7.

شهدانج v. sub شاهدانق.

شهر II, *illustrem reddidit* locum, H ۱۹۳, 10. — شَهْريّة, pl. شَهارِيّ (nescio qua auctoritate Lane scripserit شهار), *equus Persicus s. Kurdicus*,

H ١٨٧, 5 de Kurdis in Perside واما دوابّهم فبراذين وشهاريّ, Tabarî sub anno 224 وردّ الفرس الى احمد ومعه برذون وشهريّ, itaque diversus a برذون (cf. Dozy) et ٢٤٨. 15 de Armenia ويكون بها ايضا الشهاريّ الحسنة الموصوفة التى تقارب الخراسانيّة, Aghânî V, ٦٣, 7 a f. et ult., XIII, ٣١, 5 a f. Est vocabulum Persicum, ex antiquo *khschatrya*, iuxta quam formam exstitisse videtur *khschathrâna*, cuius transscriptio Hebraïca est אֲחַשְׁתְּרָנִים Esther VIII vs. 10, ut observavit, si recte memini, de Lagarde. Exemplum aliud mihi suppeditavit Rosen ex opusculo Djâhithi c. t. كتاب فضائل الاتراك, f. 6 r.: ولنا الطبول المهولة العظام والبنود ونحن اصحاب التجافيف والاجراس والباركند (sic) واللبود الطوال والاعناد (sic) المغققة والشوارب المعقربة والقلانس الشاشية والخيول الشهرية والكافركورات والطبرزينات والخناجر فى الاوساط الخ. De vocibus باركند et اعناد haereo; pro الكافركورات leg. الكافركوبات, ut quoque apud Ibno 'l-Athîr, VII, ٩٩, 5, ubi كافركوبات. Dainawarî apud Girgas et Rosen, ٢١٩, 11, de insurrectione Abbasidarum in Khorâsân duce Abu Moslim agens, dicit وقد سوّدوا ايضا انصاف الخشب التى كانت معهم وسمّوها كافَرْكُوبَات. Verti potest *mallei infidelium*. Anachronismus igitur est usus huius vocis in Cod. C. P. Ibno 'l-Athîri, IV, ٢٠٧ ann. 1 pro الرايات in textu.

شهربز v. sub سهربز.

شوب I, *immixtus fuit*, Lane ex *Asâs* et Dozy, Gloss. Bayân, sensu tropico وان كان الاختلال قد شابها, H ١٥٥, 4 »etsi res eius (urbis) deteriores fieri coeperunt''.

شوق. الشويقى, nomen speciei dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p.*

شوك. شَوْكَة, metaph. *exactio portorii severior*, M ١٣٣, 7 وفى البصرة تفتّش صعب وشوكات منكرة.

شاء I. Plus semel M phrasin habet قُلْ فيه ما شئتَ sensu *omni laude dignus est*, e. g. ٣٦ *q.* — شىء, pl. أَشْياء, *variae res*, واشياء *et cetera*, M ١٥٢, 3, coll. ١٦٦, 16, ٢٤. *a.*

شيد I, *in altum exstruxit* aedificium = II et IV, Lane ex *Asâs* et Dozy. Adde Scharîschî ed. Bul., I, ١٥٦, 8 ad Harîrî ١٠٥ (2dae edit.), Mobarrad ٥٨, 9 et H ٩٧ *i*, ubi lectio مَشيدَة probatur homoïoteleuto. — II

ذَكَرَهُ, H ٦٨, 9, idem significat quod اشاد بذكره et اشاد ذكره s. شاد, *he raised his notoriety* (Lane).

شِيرَازِيّ, *in urbe Schîrâz fabricatus*, epitheton palliorum (ابراد) pretiosorum, H ٢١٥, 8, cf. M ٤٤٢, 14.

شيع. الشيعة s. الشيعيّة memorantur I ١٣٩, 10, M ٣٧, 7 et 11, ٣٨, 5 et 10, ٤٠, 13, ٤١, 6, ٩٩, 5, ١٢٩, 5, 6 et 14, ١٤٢, 12, ١٧٩, 17, ٢٠٢, 16, ٢٣٩, 4, ٢٣٨, 6, ٣١٩, 2, ٣٢٣, 6 et 16, ٣٢٧, 2 et 4, ٣٣٩, 7 coll. ٣٥٨, 7, ٣٦٥, 10, ٣٦٧, 2, ٣٩٥, 6, ٤١٥, 5, ٤١٧, 3, ٤٣٩, 13, ٤٩٩ *b*, ٤٨١, 9.

شبم. شَبَّم, piscis (vid. Lane) in Tigride, M ١٢٨, 17, ١٣٠ *p*, Jacût, I, ٩٤٩, 21. — شائم, alia species piscium in Tigride, M ١٣٠ *p*. — شَامَّة »chaque petit morceau d'une mosaïque" Dozy secund. Sprenger, M ١٥٨, 4.

شين. شِينِي et شِينِيَّة, pl. شَوَانِ, navigii species, *galère* (Dozy), H ١٣٢, 2 et 19, M ٣٢, 3, ٤٤, 13, ١٧٧, 3.

صبّ I n. a. مَصَبّ, H ٨, 17. — صُبَابَة, *reliquum*, sensu metaphorico de omnibus rebus adhibetur, ut pluribus exemplis commonstravit Dozy. Adde Jacût, IV, ٦٥٠, 11 ubi l. صُبَابَة نومه, Aghânî, II, ٧٦ med. وكانت في يده صبابة قوية من افضل ابن طولون واستغنى بها حتى مات. Apud H ١٤٩, 10 et ١٥٠, 8 absolute ponitur et significat *residuum incolarum*. — *Rivulus*, I ٨٤, 10, H ١٦٥, 14 وتتحلب من هذا النهر صبابات تجتمع فتصير نهرًا.

صبغ VII quasi-passiv. formae I, I ٢٠٠ *q*, qui locus quoque in L exstat.
صبا X c. acc. *desiderio eius impletus est*, *amavit*, H ٣٦٥, 9.

صحر. صَحْرَاء, *campus* extra urbem (syn. بادية), Dozy, Jacût, I, ١٧٧, 19, ٣٢١ ult.; *locus publicus* in urbe, I ١٩٩ *m*, H ٢٩٢, 6, Jacût, I, ٩١, 18, ١٢٠, 12 et 17, ٢٩٠, 14, Hiçnî, comment. ad Abû Schodjâ' f. 114 r. ان كان البيع في سوق او صحراء, Dimaschkî, ١٩٠, 1 ubi pro صحرات vid. legendum صحراوات. — صحري, nomen speciei dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p*.

صحف. صَحِيفَة interdum eodem sensu occurrit quo صفيحة, *tabula*, vid.

Lane ex TA, H ٣٦٧, 14 et 18, pro quo I ٣١٨ صفيحة. — Memorabilis est phrasis M ٣١١, 3 عندى منها صحيفة sensu Hollandici: *ik zou er een boekje van kunnen opendoen* i. e. multa de hac re narrare possem si vellem. (Sequens انباء in appositione vocis صحيفة est).

صحن. صَحْنٌ, *patella*, I ١٥٥ *h*, Dozy. — Non tantum significat *impluvium*, quo sensu quoque pl. est صحَّانٌ, Abu Nowâs, p. ٥, vs. 4, sed quoque *locum publicum* in urbe, I ١٩٩, 12 (ubi var. l. صحراء), ٢٥٩, 9, Jacût, II, ٨٧١, 17 et, ut صحراء, *campum* extra urbem, Ibn Rosteh, Ms. Mus. Britt. f. 10 نهر — يسقى صحن مدينة اصبهان.

صدر I عن رأى فلان, *egit secundum consilium iussumve alicuius*, Dozy, M ٣٣٩, 7, Bîrûnî, ١٨٢, 7, Khafâdjî ١٤٣. — III. المصادَرون apud H ٧٧, 12 sunt الذين صُودِرُوا, v. Gloss. Fragm. — صَدْرًا, *aliquamdiu*, M ٣٧٩, 4.

صدع. صَديعٌ, *aurora*. In poëmate M ٤٩٧, vs. ٣ et ٩ insulae et urbi datur epitheton مثل الصديع i. e. *illustris*.

صدق. الصدقيّة appellantur Schâfi'itae in metropoli Sidjistani, M ٣٣٦, 9.

صر. صُرَّة vulg. pro سُرَّة, M ١٨٦ *r*, ut saepe in Codd. مصوّر pro مسوّر legitur. Cf. Dozy.

صرد. Iuxta الصُّرود, *regiones frigidae*, quoque occurrit pl. المصارد M ٢, 6, ٣٢١ *g* in fine, ٤٢١ *d*. Ut a جروم adiectivum جرومىّ, sic a صرود adiectivum صروديّ formatur e. g. apud Ibn Rosteh, Ms. Mus. Britt., f. 178 v. لا يُعرف فيها الحرّ حتى ينزل اهلها الى المواضع الصروديّة.

صرف I *expendit* pecuniam, c. فى et الى, H ٢٠, 19, ubi passivum, pro quo B صرف VII, vid. Dozy. — V, *versatus fuit*, *commoratus fuit* in loco, I ٢٨٩, 9, H ٣٣٨, 1; c. عن p. *officio functus est nomine alterius*, H ٣٠٩, 14. — صَرْفٌ, pl. صُرُوفٌ, *moneta parva*, Angl. *change*, M ٢, 1, Ibn Batûta, IV, 121 seq., 441, Dozy. — تَصَرُّف apud H ٢٠٧, 10 est *pecunia mutuo data qua quis in commercio utitur* (crédit). — مُتَصَرِّف, *officialis*, H ٣٠٩, 11 et 18, ٣٤٢, 2, ٣٤٣, 9 et 10. Dozy. — مُتَصَرِّفَاتٌ est idem quod

تصرّفات »les allées et venues de quelqu'un" (Dozy); itaque *tota ratio vivendi*, H ٣٦٤, 9.

صطك. Legimus M ٢٢٥ *r* وسقوفها (سقوف الجامع) باصطاك, quod explicare nequeo. Probabiliter اصطك corruptum est e vocabulo peregrino.

صطل. أَصْطَالٌ pro أَسْطَالٌ pl. a سَطْل, *situla*, M ١٤٥ *h*. Dozy.

صعب X, c. acc. r., على p., *rem alicui difficilem reddidit*, I ١١٥, 8, H ١٨٦ ult., nisi به cogitatione supplendum sit. Praeter significationes quas Dozy illustravit, lexico quoque addendum est verbum c. acc. p. significare *dure tractavit aliquem* e. g. Aghânî, I, ١٦٦, 7, et verbum intransitivum tropice adhiberi de castello sensu *difficilis captu fuit* e. g. Ibn Djobair ٢٥١, 12. — صَعْبَة, *difficultas*, *severitas*, M ٢١٣ *g*, in fine.

صعد II البصرَ نحوَ, *oculos sustulit versus*, H ٣٦٧, 6. Cf. Lane.

صفّ. صَفّ, *forum*, proprie *series tabernarum* (cf. M ٤٢٥, 7), I ١٧٤, 3, H ٢٢٩, 2, ubi P سوق, Jacût, III, ١٥٧, 18 et 19. — صُفَّة apud M variis significationibus occurrit: *vestibulum domus*, ٣٢٢, 9, s. *portae templi*, ١٦٩, 12 seq., *pars atrii altior quae diwân appellatur*, ٨٤, 6, *atrium* ٩٤, 6, ٤٤٩, 12, denique *aedificium supra sepulcrum* ١٣٠, 8.

صفر. صُفْرِيَّة, pl. ات, *vas aeneum*, M ١٨١, 1 (var. l. مصفريات). Vid. de Jong apud Dozy. — أَصْفَر. Species dactylorum in provincia Basrae appellatur الاصفر, M ١٣٠ *p*. — Pluralis huius adiectivi videtur inesse in صفر المنابر, quae inter merces Bokhârae enumerantur M ٣٢٤, 16. Verto: *candelabra flavi coloris*, *cuprea*.

صفصف. الصفصاف دحى v. sub دحى.

صفع I est syn. verbi صكّ, *colaphum dedit*, M ٣١, 6.

صفا. صَوافٍ, *praedia privata principis* (domaine), v. Gloss. Fragm., I ٢٤٤ paen., H ٣٠٢, 1.

صقب III, *propinquus*, *vicinus fuit*, I et H passim e. g. I ٥, 17, ١٥, 8, ٩٠, 5, H ١٠, 5 (ubi I ٥, 5 تاخم), Aghânî, IV, ١٦٠, Dozy. — VI, *contigui fuerunt*, H ٨٤, 17, Dozy.

صقع. صَقِيع, *planus* de terra, H ٢٧٢, 16.

صقل. الصَّقَلِّىُّ, *pannus in Sicilia fabricatus*, M ١٢٥, 14, coll. ٢٣٩, 7.

صكّ VIII, *refertum, refercitum esse*, مدينة مصطكّة العمارة, H ١٥١, ann. *b* l. ult.; Nowairî Ms. 273, p. 597 habet مكان مصْطَك et مكان مصْتك يسمونه البستولة sensu *bene clausus*.

صلب. صُلْبٌ (s. صَلَبٌ) sensu *terra dura et petrosa* habet quoque pl. صِلَابٌ, M ٢, 3. — Tropice صُلْبٌ usurpatur pro corpore, parte essentiali rei, eo quod proprium, genuinum est in re, ut in phrasi nota صلب ماله, *suae ipsius opes*, Aghânî. IX, ٤٥, 9 a f., Ibn Djobair ٣٨, 4 a f. et v. exemplum apud Freytag; الثغر الذى هو من صلب الجزيرة, *quod ad Mesopotamiam propriam pertinet*, I ٧٥ *i*, pro ثغر الجزيرة على الحقيقة quod in textu est. — صَلِيبٌ, *quadrivium*, M ١٥٠, 9, ut صَلِيبَة apud Dozy. — *Forma crucis*, M ٣٧٧, 3 اسواقه صليب et 18 الجامع وسط الصليب. — مُصَلَّبٌ, *crucis formam habens*, M ٣٧٧, 18 اسواقه مصلّبة, ٤٢٥, 7; dicitur quoque عقد مصلّب s. قبو مصلّب, *fornix crucis formam habens*, Ibno 's-Schihna, f. 94 r., 95 r.

صلح. صالِحٌ, sensu quem illustravit Dozy »*grand*, *considérable*", M ١١, 1 فعلّقتُ من ذلك صدرًا صالحًا, *partem magnam*. — مَصْلَحَة, pl. مَصَالِح, species tributi non canonici, proprie, ut videtur, destinati reparationi aedificiorum publicorum (مُصلح البلد H ٤٥, 7), H ١٦٢, 10. — *Exactor vectigalium, portorii*, M ٣١, 4. Est forma vulgaris pro مَسْلَحَة q. v., ut quoque مصلحىّ dicitur pro مسلحى, Jacût, III, ٢١٩, 22.

صلق I pro سلق, *coxit* (Dozy), M ١٨٣, 19.

صمغ. Dicitur صمغ العَرَبِىّ pro الصمغ العربىّ, M ١٥٨ *e*.

صنج. صَنْجَة. زيادة الصنجة, H ١٤٩, 16, ١٦٣, 18, ١٦٩, 10, ١٧٨, 15, est summa pecuniae, quam redemptor vectigalium solvere debet, sub titulo pretii monetae (*Taxe des Münzhauses*). Vid. porro sub سنجة.

صندل. صَنْدَل, *calceus*, M ٣١, 4 (= شمشك), Lane ex *Miçbâh*.

صنع. صَنْعَة. اهل الصَّنْعَة, *opifices in fabrica* (les ouvriers), ut اهل المهنة, H ٣١١, 14, ubi l. باهل pro وباهل. Distinguatur probe ab اهل الصنائع s. اهل المهن q. v. — صَنَاعَة, pl. صَنَائِع, *opificium*, *fabrica*, M ٣١١, 13, ٣٢١,

13, Jacût, III, ١٤٩, 1 pl. الصناعات; Dozy: *métier*, *fabrique*. Hinc ارباب الصنائع (s. اهل), *fabricatores*, *fabricarum domini*, ut quoque (s. اهل) ارباب المِهَن (opp. اهل الصنعة s. اهل المهنة), H ٣١١, 13 et 16, Jacût IV, ٦٩٩, 5, sed quoque latiore sensu *opifices*, H ٧٣ ult., ٧٩, 8, ١٧٤, 9. — دار صناعة البحر, *navale*, H ٨٣, 2, Dozy. — الصَّنْعَانىُّ, *pannus in urbe Çan'â confectus*, H ٢٢٣, 13.

صنف. صَنِيفَةٌ, *ora vestis* (Gloss. Moslim et Dozy), metaph. M ٣١٠, 15, ubi videtur legendum من ظَرْفِها »propter venustatem illae domus utriusque lateris urbis sunt ornamentum, ut ora fimbriis ornata est vestis".

صوب IV, c. acc. feminae, euphem. *rem habuit cum*, M ٣٦٩, 12; vid. Dozy et cf. Lane. — مَصَائِبُ, *procellae*, H ٢٤٨, 3.

صوع. صاعٌ. De hac mensura, Omari tempore 8 Rotl, deinde 5¹/₃ R. continente, vid. M ٩٨, 14 seqq. In commercio maritimo utebantur *çâ'o magno*, sed nautarum mercedes *çâ'o parvo* metiebantur, M ٩٩, 3.

صوف. الصُّوفِيَّةُ memorantur M ٤١٥.

صيح. صَيْحَةٌ, *distantia parva*, *quatenus vox clamantis audiri potest*, M ٧٧, 3, ٢٠٢, 5, ٢٠٩, 11, ٢٧٥, 1 et 2, ٤١١, 14, ٤٧٩, 12, ٤٩٤ *i*, Jacût, I, ٩٣٤, 13, III, ٣٢٣, 18. Simili sensu adhibetur دعوة q. v. et hinc forte نِدَا apud Persas accepit significationem »dimidium milliarii" (vid. Vullers). Lexico quoque addendum est ضَحْوَةٌ sensu *parvae distantiae*, proprie quantum quis tempore matutino ire potest, Jacût, III, ١٩٨, 8, ٢٤٨, 20, fere synonymum vocis رَوْحَةٌ (vid. Lane ex L), Jacût I, ٦٩٤ ult., III, ٤٣٧, 5. — صَيْحَانىٌّ, una ex optimis speciebus dactylorum Khaibari et Medinae (ubi 130 species colebantur, teste Samhûdî ٢٣), I ٢١, 6, M ٤٧٠, 11, Lane, quae in provinciam Basrensem transplantata est ab Abu Ahmed al-Mûsâî, M ١٣٠ *p*.

صيدل. آلات الصيادلة v. sub اول. Formam صَيْدَنَانِىٌّ (apud Lane sub صدل, cf. apud Dozy صيدنة) habet pl. صَيَادِنَةٌ, M ٣٩٧ *s*.

صير. صِيرٌ, pisciculi qui sale conduntur, vid. Dozy, H ٩٠, 7, ٩١, 17.

صيّف II, eodem sensu quo I et V, *aestatem degit*, M ٩٥ *m*, ut شتّى idem significat quod شتا et تشتّى. — صيفة in Jemen appellatur *adeps piscium* (دهن السمك), M ١.., 4. — مَصِيف, *aestas*, secundum analogiam مَشْتًى, I ٩٩, 4, ١١٥, 6, Dozy.

صين. صِينِيٌّ, *Sinensis*, epitheton piri, H ٢٩١ *g* et substantive ipsa haec *pirus* apud Ibn Rosteh, Ms. Mus. Britt. f. 180 v. (باصبهان) تبقى بها الثمار سنةً مثل العنب على رقة قشره والصينىّ مع كثرة مائه والتفّاح والسفرجل والرمّان. — Subst. *sericum* H ١٩٨ *i*, l. 4 a f. الثياب الصينى. — صِينِيَّة, *patella*, H ٢٣٩ ult. Dozy. Adeo significationem propriam amisit vocabulum, ut si quis velit eam ex argilla Sinensi factam esse, dicat صينيّة صينىّ, Mowasschâ f. 186 r., s. صينيّة الصين, Agh. XIII, ٢٧ ult.

ضبّ II, *inclusit* lapides plumbo, H ١.., 1, Makrîzî, I, ١٥٦, 10 a f. Cf. Dozy. — ضُبِّيّ, species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p* (Cod. ضبى).

ضجّ I بالدعاء, *vocem extulit in precibus*, M ٤١٩, 4, Dozy.

ضجر IV, *taedio affecit* (*fatiguer* Dozy), de pluviis continuis, H ٢٧٣, 20, de quaestione repetita, Jacût I, ٨٧, 13, de longa dissertatione, ib. ٣٧٨, 12.

ضرّ. مَضَرَّة. مَضَارُّ البَلَد habet duplicem significationem 1) loca infirma quasi vulnerabilia in confinio, unde civitas laedi potest, H ١٢١, 12, ١٣٣, 12, ١٤١, 5; 2) proprietates noxiae regionis e. g. M ١.١, 14, ٤٤٨, 6.

ضرب I, de fluvio, de iugo montis cet., c. الى *se convertit* versus (cf. Lane ex TA ضرب اليه »*it inclined to it*"), H ٣.., 8 وله (للرمل) عرق يضرب به من القادسية الى البحرين, ١١١, 3 ويضرب عرق منه من جبل برقة فى بطن البرّ الى فرّان, ١٩٢, 3 نهر الابلّة (عمود دجلة) بعد ان يضرب اليه, Jacût, I, ٩٧, 17 نهر الابلّة الضارب الى البصرة. C. فى significat *penetravit* e. g. in desertum, Jacût, III, ٢١٨, 12, ٧٧٦, 3, IV, ٩٢., 13. Hinc quoque regio dicitur iacere أَضْرَبُ فى الشرق, *magis orientem versus* quam altera, Jacût, III, ٥١٨, 13. — ضَرَبَ الدِّينَ, *praescripsit*, *instituit* religionem, fere ut in

phrasi apud Lane ضرب لهم طريقا, ubi est syn. verbi جعل, M ٢٩٤, 14 seq. (in verbis كما ضربتموه عليه pronomen in عليه pertinet ad ما in كما). — ضَرِيبَةٌ non tantum est *reditus* (غَلَّة, خَرَاج) sensu quaestus servi, sed quoque de aliis rebus dicitur, ut de mercede nummorum cudendorum e. g. H ٧٤, 4, ubi coll. ann. *e*, syn. sunt ضمان et دخل. Recte vocabulum definitur apud Jacût, III, ٤٧١, 1 seq. الغَلَّة تضرب على العبد وغيره يؤدّى شيئًا معلومًا عن شىء معلوم, qui locus conferri debet cum Lane. Est itaque *tributum* quod de variis rebus solvitur, speciatim *portorium*. Hinc ضَرَائِبِىّ appellatur *exactor portorii s. vectigalium*. M ٢١٣, 12.

ضَرِىَ I construitur quoque c. على, H ١٣٣, 12, Dozy.

ضعف VI. Memorabilis est phrasis I ٣١٢, 12, H ٣٦١, 14 تضاعُفِهم على ما تخرج من ارضهم »numerus eorum duplo maior est quam qui proventu agrorum nutriri possunt". — ضِعْف. فى أَضْعَافِ, بين اضعاف et فى تضاعيف significant *in*, *inter*, *in medio* quarumlibet rerum e. g. (فى اضعاف) I ٣, 3, ١٤, 6, ١٩, 17, ٢٦, 9, ٢٩, 15, ٣٠, 4, ٦٦, 8, ٢٧٣, 5, ٢٩٤, 5 et ubi in medio hominum, inter eos, significat, ٩١, 12, (بين اضعاف) I ٨١ ult., Thaâlibî, *Latâif*, ١٤, 3 a f., ubi certissime sic legendum pro بين اضغاثها (cf. Gloss. p. XXVI), Azrakî, ٩٠, 8, Jacût, IV, ٧٧, 18, (فى تضاعيف) I ٢٧٩ *l*, ٣١٧, 4 a f., Jacût, IV, ٤٤٦, 1. Eodem sensu quoque usurpatur فى خلال, I ٣٠٥ *k*. — ضَعِيف, *egenus*, M ١٢٩ *y*, Kazwînî, II, ٢١٤, 6, ٣٣٨, 15, Jacût, III, ٦٤٨, 14 (nisi ibi legendum صعيقا), Dozy. De fonte, puteo et de aqua ضعيف dicitur sensu *tenuis*, M ٤٢٧, 8, ٤٣٢, 3, ٤٩٠ *b*, ٤٩٤, 1, opp. interdum قوى, M ٤٩٣ *g*.

ضمن I, *conduxit*, H ١٩٣, 17, Dozy. — II, *locavit*, H ١٤٠, 10, Agh. XI, ٣, 8, Jacût, II, ٢٩, ult. et IV, ١٢٤, 2 (ubi l. وضُمِّنَتْ), Kazw. II, ٢٧٠, 4, Dozy. — IV, *se sponsorem stitit*, I ١١٣ *i*, ubi textus, ut quoque H ١٨٥, 9, ضُمِّن, Jacût تضمّن. Vid. Dozy. — V, *conduxit*, ut I, H ١٦٩, 11, Ibno 'l-Athîr in Gloss. Fragm., Jacût, IV, ٥٥٢, 8. — ضِمْن. فى ضِمْنِ, *pertinens ad*, H ٩, 6 وما فى ضمنها من طخيرستان »pars Tokhâristâni quae

ad Khorâsân pertinet", ٨۴, 5 في ضمن البلد »in territorio urbis", ۹۱, 6; في ضمن فلان. *parens*, II ٥٣, 8 وهم في وقتنا هذا في ضمن زيرى بن مناد, ٧٢, 21. — ضَمَان, pl. ات, *conductio*, *contractus conductionis*, *summa qua quis vectigalia aliasve res conducit* (Gloss. Fragm.), H ۲۰, 5, ٦۹, 20, ٧۴ *e*, ١۴٦, 7, ١٥٢, ann. 9 a f., ١٦٣, 16, ١٦۹, 8, ١٧٨, 13, ٣٠۹, 15, ٣۴١, 15, Jacût, IV, ١٢۴, 2, ٧٨٠, 8, ubi H ۹٠, 3 syn. قبالة, Dozy.

ضيع. ضَيْعَة. الضِيَاع s. الضِيَاع السلطانيّة, *praedia principis* (*domaine*), v. Gloss. Belâdh., I ١٥٧, 1, ١٥٨, 6, H ۲١٦, 6, ۲١٧, 11. Qui haec praedia administrant vocantur اهل الضياع. H ۲١, 8 cf. ۲۲, 1. — ضَيَاع, *inopia*, I ۲٨۹, 10, Mobarrad ٣۲٧ ult., Dozy.

ضيف IV. يُضَافُ اليه eodem sensu quo ينسب اليه, *de eius nomine appellabatur*, M ۴١١, 10. — دار ضِيَافَة, *hospitium publicum*, I ٦٥, 6. Cf. Dozy. Plur. دور ضيافات, I ٣۲٣, 2. Quoque dicitur دار الضيفان, Agh. X, ١٦٥ ult. — *Hospes dominus hospitii* appellatur tum المُضَيِّف I ۲٨۹, 3 et Lane, tum المُضيف, H ٣٣٧ ult.

طاروس, *flatus venti*, spec. *venti secundi* (syn. شرتة q. v.), H ١٣۴, 20, ١٣٥, 4, M ٣١, 13, Gloss. Edrîsî. Fort. cohaeret cum nomine اورس quo Aegyptii appellant ventum النكباء, Bîrûnî ۲۴٧, 9, اوريسا, ۲٥٧, 16 et ult., ۲٥٨, 2.

طَاطَرِى, nomen nummi argentei Indici, qui valebat $1^2/_3$ drachmas, teste I ١٧٣, 12, H ۲۲٨, 15, M ۴٨۲, 3. In Gloss. Belâdh. egi de derivatione Reinaudii a Graeco στατήρ. Deinde vero mihi innotuit alia derivatio, ab eodem proposita (*Mémoire sur l'Inde*, p. 236 seq.), qua a Graeco τετραδραχμα derivandum sit. Pro hac facit pronuntiatio طاطرى quam probat M et quae restituenda est apud I et H, licet procul dubio hinc formatum sit adiectivum relativum et dicatur درهم طاطرىّ et الدراهم الطاطريّة. Tertiam proposuit Sprenger, *die alte Geographie Arabiens*, 60, qui nomen derivat a Tâtar, ut Indo-Scythos in Sind ab antiquis auctoribus Moslimis appellatos fuisse affirmat.

طبخ. طَبَّاخ, *eduliorum venditor*, M ٣١, 1.

طبر. In Tabaristân panni pulcherrimi fabricabantur, I ۲١۲ *i*, H ۲٧۲, 9

seqq., M ٣٦٧, 7 seqq. Imprimis autem nomine ٱلطَّبَرِىُّ s. ٱلطَّبَرِسْتَانِىُّ inclaruerunt tapetes, I ١٥٤, 14, H ٢١٤, 11, M ٣٢٤, 17, ٤٤٢, 8 et pallia, الاكسية الطبريّة M ٣٦٩, 4, elegantiorumque matronarum pepli, الاردية الطبريّة Mowasschâ f. 124 r.

طَبَرْخُون, e Persico تبرخون, idem olus quod طرخون appellatur, H ٣٩٨, 1.

طَبَرْزَذ appellatur species dactylorum in provincia Basrensi, M ١٣٠ *p*, Abu 'l-Kâsim supra sub ابرهيمى, Djawâlîkî, ١٠٤, coll. *Morgenl. Forsch.* 155, 1.

طبع VII, *cudendo idoneum fuit*, *cudi se passum fuit* ferrum, I ٢٠٠ *q*; cf. Lane e Sarakhsî; Kazwînî, II, ٢٩٧ ult. الجواهر المنطبعة. Passivum a طَبَعَ, Ibn Bat. IV, 263 انطبعت الآنية على صورته.

طبق II العمامة, portavit cidarim modo improbato qui العمّة الطابقيّة vocatur (v. Lane), M ٣٠٥, 16. Quid potissimum significat طبّق الطيلسان nescio, sed hic quoque modus improbatur, v. Aghânî IV, ٩٥, 10 فوافيتُه فاذا عليه طيلسان مطبق ابيض وسراويل وشى مسدول فقلتُ يا سبحان الله ما تصنع الحداثة باهلها ابهذا اللباس تلقى هؤلاء القوم لِمَا تريد لقاءهم فيه. — IV c. على, *comprehendit*, I ١٥٦ paen., H ٢١٦, 4.

طبن. طَابُونٌ, pl. طَوَابِينُ, *furnus* qualis in pagis Syriae in usu erat (Berggren: *four*) et qui describitur ab M ١٨٣, 17 et Ibn Djazla in v. خبز الطابون ubi dicit: الطابون كتنّور لطيف مدفون فى الارض حتى لا يبقى الا اقلّه ثم يجعل فى ارضه حصا ويجعل عليه طبق حديد ويجعل على الطبق زبل قد اضرمت فيه النار ليلة ثم ينحى عنه ويجعل العجين على ذلك الحصا ثم يعاد الطبق حتى ينضج. Panis ita coctus appellatur خبز رستاقىّ (Ibn Djazla) s. خبز طابونىّ (*Mohît* apud Dozy).

طحن. طَاحُونٌ. Dicit H ٣٢٤, 3 molas (ارحاء) Sarakhsensium omnes esse على الدوابّ i. e. quas cameli aut equi circumagunt, nullas iis esse من طواحين الماشى, *molas quas homo circumagit*.

طَرْجَهَارَة significat *poculum*, vid. Dozy. Locus Ibn Badrûni ibi lauda-

tus est e Mas'ûdî II, 267, 4, ibique revera poculum significari, patet e p. 273, 4, ubi eius loco قدح ponitur. Exemplum habes *Fragm. hist. Arab.*, ١٢٨, 1 أُسْقِىَ بالطرجهار. TA شبه كاس et شبه طاس. Sed speciatim est *clepsydra* (فنجان = فنجال TA), qua utuntur agricolae in definienda aquae copia qua segetes irrigantur (Vullers sub پنگان), quo sensu occurrit apud M ٣٥٧, 1. Sensu solito clepsydrae horis indicandis occurrit in versu poëtae Abu 'l-Fath Koschâdjim apud Nowairî Ms. 273, p. 38 seq., qui ita incipit:

رُوحٌ من الماء فى جسم من الصفر مؤلَّف بلطيف الحسّ والفكر
له على الظهر اجفان محجّرة ومقلة دمعها جارٍ على قدر

Khafâdjî ٢٩ secundum *Nihâjat al-adab* discrimen inter طرجهارة et بنكام hoc esse docet, illud aquâ moveri (مائية), hoc arena (رملية).

طرح. طَرْحٌ, pl. طُرُوحٌ, significatione non in lexicis linguae classicae notata occurrit apud M ١٠٣, 6 على ابوابها عقود وطروح ونقوش, ١٥٧, 17 وحيطانه والقناطر وفراخها بالفسيفساء نقوش وطروح, ٢١١, 5 وبها (بالبرابى) وبالهرمين عقود وطروح كثيرة. Sprenger (apud Dozy) vertit *Arabesken*, quae tamen versio melius videtur convenire voci عقود, quae quoque occurrit ٤٩٠, 13 قصر عجيب فيه تماثيل وعقود دقيقة, et cuius nomen unitatis عقدة legitur ١٥٨, 5 iuxta صبغة. Contra طرح videtur idem esse quod in lingua Persica (vid. Vullers), nempe *delineatio*, *imago*. — مَطْرَحٌ, *emporium* (*entrepôt* Berggren), I ٢٦٥, 11 (مطرح المحمولات), ٢٧٣, 2, H ٣٢٤, 2, M ٣٦, 14, ٧٩, 12, ٩٧, 8, ١٢٨, 11, ١٩٧, 11, ٢٢٦, 11, ٢٨٩, 7, ٤١١, 2, ٤٢٥, 4, ٤٦٣, 5. Pl. مَطَارِحُ, *horreum* (*magasin*), M ٣٩٠, 16, ٤٧٨, 10. — مِطْرَحٌ (ut diserte praescribit Zamakhscharî), pl. مَطَارِحُ, *tapetum*, M ١٨٠, 16, et probabiliter in loco Abu 'l-Kâsimi supra laudato sub سوسنجرد; cf. Dozy.

طَرِّيخٌ. Pisciculi qui sale conditi hoc nomine veneunt, proveniunt e lacu Ardjîsch s. Khelâth in Adherbaidjân, I ١٩٠, 4, H ٢٤٨, 7, M ٣٨٠, 9, Jacût, II, ٤٥٨, 3.

طَرْخُونٌ, *dracunculus*, olus notum, H ٣٨٢ *l*, Freytag et Vullers sub

ترخون, a H ٣٩٨, 1 طَبَرْخُون, a M ٣٩٠, 6, ٣٩٦, 5 طَلْخُون appellatur. Operae pretium est annotare quae leguntur Mowasschâ f. 129 r., ubi de elegantioribus hominibus dicit: ولا يلفظون باسم الطَّرْخون لابتداء اسمه وشناعة لفظه فيكنون عنه فيصيفونه الى النَّعْنَع وقد سمّاه بعضهم بقلة الجِبَاع وسمّاه اخرون كافور الفؤاد وكلٌّ يَقْصِدُ الى معناه.

طرد VIII, *evenit*, *accidit*, ut synon. جرى, H ٤٨, 10, ٥٧, 19. — طَرِيدٌ, *exsul*, habet pl. طُرَّادٌ, H ٢٦٣ ult.

طرف V, *fuit*, *iacuit* على طَرَفٍ i. e. *remotus* (cf. Lane sub طرف 5 et طَرَفٌ), ut de aedificio quod in extremitate urbis iacet, M ٨٩ *a* الجامع على طرف البلد = متطرّف, ١٤١, 15 = على طَرَفٍ (ann. *q* et ١٤٠ ult.); de viro, qui in remota parte imperii degit, M ١٤٤, 6; de urbe quae in extremitate regionis, remota ab aliis iacet, M ١٧٨, 8, ٣٠٣, 10, ٣٩٠, 10, ٤١٢, 10, ٤٩٣, 10 (ubi متطرّفة عن البلدان). — طَرَفٌ. Dicitur M ١٧٣, 5 على طرف فرسخ pro على نحو (probabiliter ut evitetur repetitio vocis نحو). — طَرِيفَةٌ. Laudantur a M ١٢٨, 10, 14, 16 الطرائف (die Galanteriewaaren) Basrae et Bagdadi. Cod. B semel habet ظرائف »res elegantes'', quae lectio quoque bona esse potest.

طرق III in verbis M ٤٩٣, 10 لا يُطَارَقُ بها العَيّارُ videtur significare sive *incarceravit* coll. Chald. טרק et טְרִיקָא, sive *flagellavit*, coll. مطرقة et מטרקא, sed aliunde illustrare nequeo. Cogitavi de legendo الغيار et vertendo »nec ibi vesti assuitur pannus quo distinguuntur Judaei et Christiani a Moslimis'', sed Codd. perspicue habent ut edidi cum teschdîd. — V eodem sensu adhibetur quo طرّق et استطرق (v. Gloss. Moslim), *pro via uti* (*passer par*) e. g. Arîb Ms. Goth. f. 173 r. ثم امر السلطان بسدّ ابوابها ومنع السابلة من تطرّقها, dum paullo ante praecedit حتى صارت مستطرقًا للسابلة من دجلة (*passage*). Hinc المتطرّقون sunt *homines qui ultro citroque commeant*, *viatores* (*les passants* Dozy), H ١٥٩, 17; — *invasit*, H ٢٤٥, 12, M ٣٦٣, 2, Gloss. Moslim. — X. Exemplis in Gloss. Moslimi datis (vid. nunc quoque Lane), unde patet hoc verbum synonymum esse praece-

dentis, *pro via uti*, *commeavit* (*passer par*), adde Abu Ishâk Schîrâzî ٣٤, 16, ١١٧, 13 seq. et Ibno 's-Schihna f. 25 v. باب — يستطرق منه على جسر الى ظاهر البلد. Hinc مُسْتَطْرَق est *commeatus*, *via* (*passage*), cf. Lane et vid. supra sub V, et *forum*, ad quod mercatores commeant, I ٥٨, 6 = متجر H ١١٣, 9. Sensu *via*, *commeatus*, praeter متطرّق, quoque مُطَّرَق lexico addatur, quod occurrit Jacût, II, ٩٣١, 7. — صاحب الطريق, *exactor vectigalium*, *portorii*, M ٣١, 5.

الطَّرامخة, e Graeco *τουρμάρχαι*, proprie duces quinque mille virorum (Ibn Khordâdbeh, p. 231, Kodâma et Constant. Porphyr. *de Cerimon.* p. 734, *de administr. imper.* p. 224, 226 cet. et ann. Bandurii p. 374 seq.), apud H ١٣٠ ult., ١٣١, 2 significat *homines opulentos*, *nobiles secundi ordinis*. Singularis apud Ibn Khord. et Kod. est طومرخ, apud Jacût, II, ٨٩٤, 16, ٨٩٥, 8 طرموخ. Vera lectio fort. est طُرْمَرْخ.

طرا. الطَّرِيّ inter producta Palaestinae enumeratur M ١٨١, 11. Fortasse designatur *prunus niger praecox*, de quo egit Dozy.

طَسُّوه in Omân appellatur moneta parvissima, quae alibi طسّوج s. حبّة (q. v.) dicitur, M ٩٩, 14. Propior accedit formae Persicae تسو.

طعم. طُعْمة, pl. أَطْعِمة (iure Dozy in dubium vocavit pl. طِعَام in Gloss. Belâdh.; pronuntiandum est طَعَام = طُعْم), *distributio salariorum*, H ٣٤٢, 1—3.

